



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

THECA S. J.
Bibliothèque Saint-Augustin
ENGHEN



R63/49

BIBLIOTHÈQUE S. J.

Les Fontaines

60 - CHANTILLY





J. Schreyer del.

MATTHÆI BROUËRII
DE NIEDEK
JURISCONSULTI
DE
POPULORUM
VETERUM AC RECENTIORUM
ADORATIONIBUS
Dissertatio.

*In qua Preces, earumque Nomina, Differentiæ,
Origo, Historia, Ministri, Progressus &
cæremoniæ elucidantur.*

Cum figuris æneis:



AMSTELÆDAMI,
Excudit JOHANNES OOSTERWYK.
MDCCXIII.

NOBILISSIMO
ET
AMPLISSIMO
REIPUBLICÆ LEYDENSIS
EXCONSULI
ET
SENATORI,
ABRAHAMO
AB ALPHEN.

*Ad Confessum Nobilium & Potentium D D,
qui super Res Maritimas Amstelædani
conveniunt,*

DEPUTATO.

Favortuus, Vir Amplissime,

*Qui Proavos virtute, genus qui moribus
(equas,*

*Et jamjam gemino cingis honore caput,
Et Decus & columen Patriæ es tutelaque no-*

*stra,
Et Vir, non ipsa, quam regis, urbe mi-*
(nor.

* 2

Fa-

D E D I C A T I O.

EAVOR, inquam, quo mihi tam benigne digneris, & Musæi tui, antiquis non modo, sed & modernis (ut aiunt) præsertim Reipublicæ Batavæ numinis referti, aditum largiris, non benevolentia tantum erga litteras, quarum ego delitias exosculor, verum magni insuper & generosi animi indicium, & fructus videtur. hoc tam eminenti benignitatis tuæ signo me jam dudum

DEDICATIO.

• dudum adeo tibi vindicasti ,
ut nec affectum tuum obli-
visci potis sim , nec merita
tua , quanquam nulla ora-
tione adsequi liceat , ubivis
lætissima semper prædicatio-
ne circumferre : nulla certe
me res oblectat vehemen-
tius , cum in tanta dignitate
constitutus , hominem nullis
fortunis eximium , ignotum
Litteratis , nec non nisi Bel-
gis Poësi sua visum , maxi-
ma & incredibili humanitate

*

3

ob-

DEDICATIO.

obruas , quâ & adhuc frētus , Vir amplissime , non committendum esse duxi , ut Dissertatio hæc mea de Veterum ac Recentiorum populorum Adorationibus , in privatum usum comparata , postquam amicorum persuasionibus publicare decreveram , sine tui erga me favoris grata mentione ederetur , quum nulla alia mihi ratio sit, aut facultas , qua melius erga te gratum animum testari

DEDICATIO.

testari. possum. Accipe ergo rudem hunc, & primum, ast plenum amoris tui & observantiæ foetum. suscipe lucubratiunculas pro solita benignitate, & nomini tuo inscribi patiaris, ut iisdem verbis tibi acclamare possim, quibus Plinius olim Trajano de pauperibus educandis: *Super omnia est, quod talis es, Trajane, ut sub te liberos tollere libeat, expediat.*

Vale, Vir amplissime,

* 4

Rei-

DEDICATIO.

Reipublicæ nostræ non ultimum decus. diu te in publicum bonum privatumque nostrum Deus Optimus Maximus incolumen servare velit ex animo precor

Amplitudini tuæ

Devotissimus

MATTHÆUS BROUËRIUS
DE NYEDEK.


CAN-



C A N D I D I S
E T
B E N I G N I S
L E C T O R I B U S

S. P. D.

MATTHÆUS BROUËRIUS
DE NYÉDEK.

um omnes homines, qui
se se student præstare cæ-
teris animantibus, sum-
ma ope niti decet, ne
vitam silentio transigant, veluti
pecora; quæ natura prona, atque
ventri obedientia, finxit, uti in
* 5 Proe-

P R Æ F A T I O.

Proemio belli Catilinarii inquit Salustius, & juxta Menandrum

Μοχθεῖν ἀνάσκει τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν,
Laborare debet, qui beatam vitam
(cupit.

bonis literis ab ineunte ætate operam dare, &, juri utrique Lugduni in Batavis devotus, dum Academicæ feriæ dabantur & otia, Philologiæ delicias sapere omnibus viribus conatus sum, maxime vero mihi saliva mota est, postquam Clarissimorum heroum in litteris, Sauberti, Merulæ & Ostræmi post Gyraldum, Stuckium & Casalium, syntagmata de sacrificiis

P R Æ F A T I O.

ficiis Veterum , tam Gentilium ,
quam Hebræorum accurate per-
legissem , & simul comperissem
omnes quidem de Precibus me-
minisse aliquid , sed , nescio quo
immerito fato , nimis perfuncto-
rie , ut aliud semper egisse vi-
deantur. diligentius igitur , quæ
inter legendum occurrebant , ad
preces pertinentia , observare , in-
que schedas conjicere cœpi , un-
de mea hæc de Veterum ac Re-
centiorum Adorationibus , pri-
ma & maxima religionis parte ,
nata est dissertatio , cujus non a-
lius mihi scopus fuit , quam par-
tim

P R Æ F A T I O.

tim Philologiæ, & sacræ præsertim, majestatem ostendere, & promeis viribus in venerandam sedem suam reducere, partim, &, ut vera dicam, maxime in augmentum Religionis Christianæ, cum Gentilium vanas superstitiones & duras Hebræorum leges cæremoniales in adorandis Diis ex antiquis scriptoribus productas invenientes homines, ex earum vanitatum delectatione allicientur forsitan facilius ad veræ religionis cultum: videbunt enim nihil esse in hac vita tam sanctum, vel perfectum, quod successu temporis non

P R Æ F A T I O.

non contaminatum est depravatis hominum sensibus, præsertim quicquid ad religionem & divinum cultum pertinet, in quo omnes fere homines, nisi peculiari beneficio cœlitus instituantur à Deo patre luminum, cæcutiunt, quia nullibi magis vigilat Satanas, quam circa res religiosas, ut à propria significatione verbum Dei detorqueat per transversas interpretationes, & ab ipso Deo abducatur homines ridendis & nefariis adorandi ritibus, quibus universus terrarum orbis usque ad insaniam dementabatur antiquitus, decipiente

P R Æ F A T I O.

piante statim in principio Dæ-
mone impurissimo primum ho-
minem mendacio & à Numinis
obedientia avertente. quam mi-
hi propositam metam cum in
hoc meo opere tetigerim, tuo
judicio, benevoli Lectores, re-
linquam, dum, si ex parte affec-
tus fuerim, optime tempus mi-
hi collocasse videbor. hanc so-
lam mihi gloriam, si quid hinc
gloriæ reportaturus sim, hanc so-
lam mihi lauream aut victoriam
polliceor. id unum vero à vo-
bis, tanquam ab æquis judici-
bus peto, ut conatus hos meos,
&


P R Æ F A T I O.

& has Studiorum primitias, primitias esse putetis, easque benigne, atque clementer, pro solito vestro erga studia favore ac benevolentia judicetis. Calcar certe mihi addetis ac stimulum conscripta Syntagmata de H A S T I S & FACIBUS veterum primo prælo committere, & inchoata de D I S A L A T I S, & A D O P T I O N E V E T E R U M ad finem perducere, dum maturioribus annis relinquam C O L L E C T A N E A mea, sane non pauca & contemnenda, à Ferretio in Musis Lapidariis omissa, D E I N-

SCRIP-

PRÆFATIO.

SCRIPTIONIBUS ligato pede
de conceptis apud Romanos.



MAT-

F

MATTHÆI BROUËRII
DE NYEDEK
JURISCONSULTI,
DE
VETERUM AC RECENTIORUM
ADORATIONIBUS,
DISSERTATIO.

CAPUT I.

*Verbi adorare etymologia ex verbo orare
& præpositione ad multis verbis adorare
exprimitur. orare, obsecrare, rógare,
obtestari, supplicare, vocare, precari,
venerari, implorare. Verbi adorare
variae significationes notantur. Hebraica
& Græca vocabula notissima, eundem
actum denotantia, recensentur. Ado-
ratio antiquissima, & ab Adamo ipso
exercitata.*

Verbum *adorare*, (unde *adoratio*, *ado-
rator*, *adorabilis*,) nondum ex abla-
tivo *Ore* & propositione, *Ad*, juxta vul-
garem Eruditorum sententiam; sed è verbo
A *orare*

2 DE VETER: AC RECENT.

orare & dictâ propositione *ad* compositum statuo; *adorare* enim non aliud sonare, quam ad os referre manus, five osculari, ut contendunt eo, quod orantes manus osculabantur sæpius, vel quasi *odorari*, & *adorationem* quasi *odorationem* esse dictam, quia *adorationis* maxima fere pars in *odorum* incensionibus posita fuisset, juxta Stuckii sententiam, nihilum probat; cum Osculatio, & Odoratio tantum ritus accidentes precationum sint, veluti Genuflexio, Prostratio corporis & Protensio manuum, licet sæpius ipsum actum denotent: ita ut adorare sit *orare ad*. Ovid. trist. lib. 1. eleg. 1.

Hac prece adoravi superos ego.

Id est, hac prece oravi ad superos ego: eodem modo, quo adprecari pro *precari ad* invenimus apud Veteres. Apulej. Miles. 6. *tunc genu nixa, sic adprecatur*. Et Horat. lib. 4. Carm. od. 15.

Rite deos prius adprecati.

Nec simpliciter *adorare* Prisci scripserunt. sæpius *adorare precibus, supplicationibus, manibus* dixêre. Sic Arnob. lib. 1. pag. 20. *Et deum fuisse contenditis, Et superesse adhuc creditis, Et quotidianis supplicationibus adoratis*. Ovid. loco citato, & Tertull. lib. 1. de Idolatr. cap. 7. *ad hanc partem zelus fidei perorabit, ingemens Christianum ab idolis in ecclesiam venire, attollere ad Deum Patrem manus matres idolorum, his manibus adorare, quæ foris*

ADORATIONIBUS. 3

*ris adversus Deum adorantur, eas manus ad-
movere corpori Domini, quæ demoniis corpora
conferunt.*

Multis aliis etiam verbis actionem hanc re-
ligiosam Latini exprimunt, uti sunt *ora-
re, obsecrare, rogare, obtestari, supplicare.*
De quibus eleganter Donatus scribit: *orare est
placidos petere, obsecrare iratos rogare, & ob-
secrans est plus quam orans, orans plus quam
rogans; obtestari est adjurare, quem rogamus:
supplicamus adversis magis vel cum lachrymis.*
ita Horat: lib. 3. satyr. 6. precatur:

— *Hac prece te oro*

*Pingue decus domino facias & cœtera præter
Ingenium.*

Et in extremo Panegyrici sui pro Trajano
Plinius: *quo majore fiducia iisdem illis votis,
quæ ipse pro se nuncupari jubet, oro & obtestor.*
Hacque significatione Cicero, Verrinâ sextâ,
orandi causa sanum adire dixit. Salust. lib. 2.
hist. *ceterum deos immortales obtestor.*

Verbo *Rogare* utuntur inter alios, Tibullus
lib. 4. eleg. 10.

• *Et grata sis dea mente Rogat.*

Et Ovid. lib. 1. de Pont. ep. x.

Suppliciter vestros quisque Rogate deos.

Verbo *vocare* Virgil:

Et votis jam assuesce Vocari.

Ac lib. 3. Æneid.

A 2

At

4 DE VETER: AC RECENT.

*At pater Anchises, passis de littore palmis,
Numina magna Vocat.*

Interdum *Invocare* scribebant. sic lib. 2. de nat. deor. cap. 27. Cicero: *Junonem Lucinam in pariundo Invocant.* neque non Plaut. in Amphitr. Act. 5. Scen. 1.

*Invocat Deos immortales, ut sibi auxilium
(ferant.*

Eodem sensu occurrit vocabulum *supplicare* apud Suetonium in Augusto cap. 93. *sed & Cajum nepotem, quod Judeam prætervehens, non supplicasset, collaudavit.* Et apud Plinium lib. 13. cap. 1. *Italicis temporibus non supplicatur thure.*

Exprimunt & hanc religionis speciem verba *Precari, Venerari*, apud Tacitum lib. 20. concludentem orationem suam hisce verbis: *te Jupiter Opt. Max. quem per octingentos viginti annos tot triumphis coluimus, te Quirine, Romanæ parens urbis, precor venerorque.* Plautum rud: act. 1. scen. 4.

Nunc quisquis est deus, Veneror.

Item voces *Implorare* apud Ciceronem, in peroratione actionis quintæ in Verrem. *ceteros item deos deasque omnes imploro atque obtestor.* Quæri apud Livium, lib. 9. *Vos dii immortales precor quæsoque.* & Plautum, in Mercat. Act. 5. Scen. 2.

Date

ADORATIONIBUS.

*Date dii , quæso , conveniendi mihi ejus
(celerem copiam.*

Ut & composita verbi precari, uti sunt vocabula *Deprecari, Imprecari, Comprecari*. Apud Apulejum, in *Afin.* aur. lib. 2. *Et incrementa solis Augusti tacitus imprecatus.* & Terentium, in *Adelph.* act. 4. scen. 5. *abi domum, ac deos comprecare.* & eod. loc. vers. 70. *tu potius deos comprecare.* neque solum precari, ast *bonas preces precari* habent Scriptores. Sic Cætor lib. *dere rusticâ* cap. 34. ait: *Jane Pater, uti te strue commovenda bonas preces bene precatus sum.* Scribunt & Livius, lib. 8. cap. 2. *precibus infimis petere, & fatigare precibus,* Horatius, lib. 1. *Carm. od. 2. vers. 26.*

———— *Prece qua Fatigent
Virgines sanctæ minus audientem
Carminè Vestam.*

Ac Arnobius, lib. 1. pag. 29. *cum Æsculapium ipsum datorem, ut prædicant, sanitatis, quoad illis superfuit vita, Et precibus fatigarent, Et invitarent miserrimis votis.* Notissima etiam verba sunt *Salutare, Alloqui Et Affari deos.* Sic Martialis canit, lib. 2. epigr. 77.

Multis dum Precibus Jovem Salutat.

Et Cicero, pro Sexto Roscio cap. 20. *Cum deos salutatum alicubi venerint.* Sic Plautus, in *Amphitr.* act. 1. scen. 1.

6 DE VETER: AC RECENT.

*Numero mihi in mentem fuit
Dis advenientem gratias pro meritis agere,
(Et alloqui.*

Atque ita Arnobius, lib. 6. pag. 192. *sed non attribuimus idcirco diis templa, tanquam humidos ab his imbres, ventos, pluvias arceamus, aut soles: sed ut eos possimus coram Et cominus contueri, affari de proximo, Et cum presentibus quodammodo venerationum colloquia miscere.* Hunc actum etiam designant apud Veteres verba *Contendere*. Cic. Epist. famil. 2. *verecundius à te, si qua magna res mihi petenda esset, contenderem.* Flagitare. Id. Epist. famil. 4. *Exigere* Id. de Orat. *quo facilius id à te exigam, quod peto, nihil tibi postulanti negabo.*

Verbum *adorare* præter precandi actionem, quæ nobis tractanda est, varias alias significationes habet. Sic optime nos Pompejus Festus, lib. 1. de Verbor. significat. monet, *adorare agere* apud Antiquos denotasse, eodem modo, quo verbum *Orare*, unde Legati Oratores dicebantur, qui mandata populi agebant. Sic Apulejus lib. 10. Metam. scribit: *ad istum modum, Seniore adorante, placuit.* denotat aliquando *facere*. Vide Minuc. Fel. pag. 43. *at enim nos exequias adoramus eadem tranquillitate, quâ vivimus.* & leg. 40. duodecim tabularum. ubi habetur: *si adorat furtum, quod nec manifestum, duplionem luito.* Eruditissimus

A D O R A T I O N I B U S. 7

mus Grævius eleganter quoque in indice ad Florum nos monuit ad verba illa, *Adorata urbs*, adorare non raro *accedere*, & quidem ita, ut *alloqui* possimus, indicare. doctissima verba sunt: *putem autem adorare urbem explicari posse, non in conspectum ejus modo, sed ita prope accedere, ut & alloqui cum civibus possit.* atque eodem significatu locum hunc Statii, lib. 6. vers. 664. accipio.

Adorato redit ingloria disco.

Vulgatius *Salutare* significatur per *adorare*, & quidem civiliter in sequentibus locis puto. Ut apud Sueton. in Ner. cap. 12. *Citharam autem, a judicibus ad se delatam, adoravit.* Tacit. Hist. lib. 1. cap. 36. *nec deërat Otho, pro- tendens manus, adorare vulgum, jacere oscula.* ac Stat. Theb. lib. 8. vers. 283.

*Illum ingens confundit honos, inopinaque
(turbat
Gloria, & oblatas frondes summissus ado-
(rat.*

Habet & significationem verbi *Optare*. Testis est locus Propertii, lib. 1. eleg. 4.

— *Manent, sic semper adoro.*

*Nec quicquam ex illâ, quod quærar, inve-
(niam.*

Sed quid Hebræi? quid Græci? Variis utique vocabulis, quibus adorationem designa-
A 4 runt,

8 DE VETER: AC RECENT.

runt, utebantur, quorum præcipua breviter recensebo. Apud Judæos Talmudici, in lib. Megil. fol. 22. quatuor usitatissima hisce distinctionibus describunt: quod scilicet **השתחוה** *Hischtachavæh*, quod cum affixo legitur. 2. Reg. 5., designat totius corporis prostrationem; **ברך** *Baræch*, genuum inflexionem; **כרע** *Canah*, demissionem capitis cum superiore corpore usque in genua; & **קדר** solius verticis inclinationem. Minus vero usitatæ voces erant **סג** *procubuit*, Dan. 3. comm. 7. & **זלא** *invocavit*, Dan. 6. comm. 11. **קרא** *Jerem.* 10. comm. 25. & **ערי** *suppliciter oravit.* Genes. 25. comm. 20. **חלה** *deprecatus est*, Psalm 119. comm. 58. ac **כפף** *curvavit se*, Mich. 6. comm. 6. exprimitur & sæpius actio hæc verbo **שאל** *schaal*, id est, *petere, postulare, quærere.* Verborum, quibus utuntur Græci, huic cultui exprimendo, notiora sunt *θεραπεύειν, προσειπῆν, προσκυνῆν, εὐχεσθῆν, αἰτεῖσθῆν, δεῖσθῆν, λίσσασθαι, λιτανεύειν, & ἱκετεύειν.* Lege Heliodorum, lib. 9. pag. 453. *Βασιλεία ἑτέρον τῷ τῷ τρόπῳ θεραπεύειν, regem alterum hoc modo adorare.* Ita Isocrat. in Busir. *τῷ ᾧ τῆς θεῆς θεραπείᾳ.* & apud Aristot. de mund. *θεραπεία ἡρώων, cultus seu adoratio heroum dicitur.* audi & Homerum Iliad. a.

Διοσφομένη προσείπε Δία Κρονίωνα ἑλδωρ.
Supplicans allocuta est Jovem Saturnidem
(regem.
Ita

ADORATIONIBUS. 9

Ita etiam Euripides, in *Herc. furent.* habet.

ἐκ ατιμάσσω
Θεὸς προσκῆν πρῶτα οὐκ ἦν σέβας.

Thucydides ἐυχέσθαι διχὰς τοῖς θεοῖς. *Vota facere, optare vel petere aliquid a diis* scribit. Xenophon autem, primo *Pædiæ*: αἰτεῖσθαι τὰ ἀγαθὰ παρὰ τῶν θεῶν *petere a diis bona*, & Plutarchus, λέεισθαι πᾶσαν δέησιν, *omnes preces adhibere* dixerunt. Sic verbum λίσσιν Homerus, *Odyss.* ο. profert canens: λίσσομαι ὑπὲρ θνέων, id est, *precor per sacra*, & ἱκετεύειν Xenophon, ἱκετεύειν τὰς θεὰς δεσποτῶν ἀγαθῶν τυχεῖν, *deos orare, dominos nancisci bonos*.

Usitatissimum vero erat verbum προσκύνειν. Herodot. lib. 3. cap. 86. οἱ δὲ καταθερόντες ὑπὸ τῷ ἱππῶν, προσκύνέον μὲν τὸν Δαρεῖον ὡς βασιλῆα. *Ceteri, ex equis defilientes, Dariūm adoraverunt quasi regem.* Neque non Achil. Tat. lib. 3. pag. 85. τὸ δὲ οὖν κοινότατον, προσπεσὼν κατεσπαζόμενον, καὶ προσκύνουσιν ὡς θεόν. *Itaque quod vulgus fieri solet, ad illius pedes prostratus, hominem amplectebam, & veluti numen quoddam adorabam.*

Adorationis five precum originem si quisquam quæsierit, ejusdem fere ætatis, quæ Mundi, deprehendet ex capite quarto Genesios. Ubi Sacrificium Caini & Abelis & nativitas Sethi describuntur, ac commate 26. legitur: *tunc ceptum est invocari nomen Jeho-*

A 5

va

10 DE VETER: AC RECENT.

ו. א. חוהל לקרא בשם יהיה. Ad quæ verba Clarissimorum Virorum Junii, & Tremellii commentariolum habet: sensus est, Adam & Seth, in cujus posteris mansura erat ecclesia, ubi corruptos à Cainitis reliqui mundi mores ex conversatione imbibere à suis posse animadverterunt, & labefactari Dei cultum, cujus fuerunt administri, inde ab eo tempore suos in corpus ecclesiæ contraxerunt; eodem alios prædicatione verbi provocarunt, sanctis precibus & exercitamentis pietatis ab impietate & injustitiâ, palam grassante, eos vindicarunt, religiosaque hâc observatione sibi nomen comparaverunt, & appellationem filiorum dei. Est igitur hæc locutio, utrovis modo accipias, synechdochica, atque ea κατὰ τι dicta, quam interpretætationem contra Judaicas fabulas tueretur Rabbi Aben Esra.

C A.

CAPUT II.

Adoratoriae Formulæ, à Briffonio omiffæ, illustranturex Romanis scriptoribus. Petitoriae proponuntur & explicantur. Sollemniores apud Græcos quæ? Χαῖρε in principio precum ac fine observata. Ζεῦ πάτερ, antiquissima formula, sternutantibus acclamata probatur. Sigonii error notatus. Ἐλεῆσον, miserere, ex Græcorum consuetudine fluxisse videtur, per Christianam Ecclesiam recepta. Elegantissimæ Hebræorum formulæ recensentur.

Adoratoriae Formulæ apud Veteres cum innumeræ fere inveniantur, & notissimas recensuerit magnum illud Galliæ lumen B. Briffonius singulari libro de formul. & solennib. Pop. Rom. verbis, quas vir illustris omisit, hîc vulgatiores apud Latinos, juxta & apud Græcos & Hebræos litteris mandare conabor.

Sunt vero hæcce formulæ vel petitoriae vel gratulatoriæ. Primæ rursus vel ad obtinenda auxilia, vel ad avertenda pericula & mala; secundæ vero ad gratias numinibus pro accepto beneficio vel depulso malo agendas, deosque laudandos.

Peti-

12 DE VETER: AC RECENT.

Petitorie Formule ad obtinendum deorum auxilium sunt: **ACCEDERE**. Valer. Flacc. lib. 5. vers. 200.

ANNUE, *diva maris, numeroque* **ACCEDERE** *tuorum.*

ADDERE. Martial. lib. x. epigr. 24.

His vos, si tamen expedit roganti,
Annos ADDITE bis, precor, novenos.

Senec. Med. vers. 831.

ADDERE *venenis stimulos, Hecate.*

Optime Plinius, in fine Paneg. pro Trajano :
Capitoline Jupiter precor, ut beneficiis tuis FAVEAS, tantisque muneribus ADDAS perpetuitatem.

ADVERTE. Flacc. Valer. lib. 5. vers. 17.

Arcitenens ADVERTE, precor, nunc de-
(nique Apollo.

Senec. Oedip. vers. 408.

Huc ADVERTE favens virgineum caput.

COMMITTE. Senec. Med. Aët. i. vers. 33.

COMMITTE *habenae, genitor.*

Martial. lib. 8. epigr. 43.

Victores COMMITTE renus, quos iste
(manebit

Exitus, una duos ut Libitina ferat.

CONCEDE. Virgil. Eccl. 7. vers. 24. ad
mufas.

Nym-

ADORATIONIBUS. 13

Nymphæ, noster amor; Libetbrides, aut
(mihî carmen,
Quale meo Codro, CONCEDITE.

Pap. Stat. Sylv. 2. lib. 1. vers. 67.

At quondam lachrymis, & supplice dextrâ
Et votis, precibusque virum CONCEDE
(moveri, Genitrix.

CONVERTE. Valer. Flacc. lib. 4. vers. 539.

Et ad nostros animum CONVERTE la-
(bores.

Claudian. de Rapt. Proserp. lib. 1. vers. 64.
 Lachesis precatur Plutonem:

— *Neu fœdera fratrum*
Civili CONVERTE tuba.

Perpetua etiam apud Poëtas formula erat,
 dicere:

DOCE. Valer. Flacc. lib. 5. vers. 389. ad
 Junonem.

Ac tu prima DOCE fandi tempusque mo-
(dumque.

P. Stat. Sylv. lib. 1: Sylv. 2. vers. 49.

Hic Erato jucunda DOCE.

Nec non Tibul. lib. 2. eleg. 5. vers. 17.

Phœbe sacras Messalinum SINE tangere
(chartas

Vatis, & ipse precor, quod canat illa,
(DOCE.

DUC. Valer. Flacc. lib. 5. vers. 388. ad
 Junonem.

DUC,

14 DE VETER: AC RECENT.

DUC, precor, ad vestri, quicunque est,
ora Tyranni.

Ac Martian. Capell. ad Junonem: ut earum
& itinera protegas et in optatas domos DUCAS.

EFFICE. Tibull. lib. 4. carm. 4. vers. 5.
ad Phœbum.

EFFICE, ne macies tabentes occupet ar-
(tus.

Et Valer. Max. lib. 8. cap. 1. Tucciaë Vestalis incestæ precationem ita factam refert:
Vesta, si sacris tuis castas semper admovi manus, EFFICE ut hoc cribro hauriam è Tiberi aquam et in ædem tuam perferam.

ERIPE. Valer. Flacc. lib. 4. vers. 538.

———— Nunc me quoque curis

ERIPE.

Senec. Hippol. vers. 953. ad Neptunum.

———— Sidera et cœlum ERIPE.

Et lib. 36. Livius testatur, acceptâ clade, matronas Romanas orasse deos, ut urbem Romam è manibus hostium ERIPERENT.

FLECTE. Valer. Flacc. lib. 1. vers. 216.

Nunc patruï, nunc FLECTE minas.

Tibull. lib. 2. eleg. 5. vers. 4.

Nunc precor ad laudes FLECTERE ver-
(ba meas.

Claudian. de bell. Gild. vers. 121.

Maternis precibus natum jam FLECTE,
(Cybelle.

IG-

ADORATIONIBUS. 15

IGNOSCE. Senec. Med. vers. 812.

Votis IGNOSCE, *precor.*

Tibul. lib. 1. eleg. 2.

Et mala si qua tibi dixit dementia nostra,

IGNOSCAS: *capiti sint precor illa meo.*

INTENDE. Senec. Med. vers. 532. ad Jovem.

INTENDE *dextram:*

Et in Hippol. vers. 416. -- *huc vires tuas*

INTENDE.

JUVA. Ovid. Metam. lib. 15.

Quisquis ades, dixit: sis opulcherrime vi-
(*sus*)

Utiliter, populosque JUVES tua sacra co-
(*lentes.*)

Virg. lib. 4. Æneid.

ADSIS, *placidusque JUVES, et sydera*
cælo

Dextra feras.

Et apud Liv. lib. 29. Scipio precatur Deos
deasque maris & terræ: *Divi Divæque, qui ma-*
ria terrasque colitis, vos precor quæsoque uti,
quæ in meo imperio gesta sunt, & Paulo post,
eaque vos omnia bene JUVETIS.

LEVA. Tib. lib. 4. eleg. 5. vers. 13.

Nec tu sis injusta Venus, vel serviat æque

Vinctus uterque tibi, vel mea vincla LEVA.

LIBERA. Apulej. lib. 6. Metam. *Sis meis*
extremis casibus Juno Sospita, meque in tantis
exant-

16 DE VETER: AC RECENT.

exantlatis laboribus defessam, imminentis periculi metu LIBERA.

LINQUE. RELINQUE. Valer. Flacc. lib. 2. vers. 273.

LINQUE *o mihi cæde madentem*
Bache domum.

Tibull. lib. 4. carm. 5. vers. 12. *ad genium.*

Tu, precor, infidos, sancte RELINQUE
(focos.

Ita apud Martianum Capellam Junonein deprecatur Philologia; interducam & domiducam nominans, quam in nuptiis invocant puellæ, *ut cingulum ponentes, in thalamis non* RELINQUAT. & in evocationis carmine habetur, apud Macrobius Saturn. lib. 3. cap. 9. *Si Deus, si Dea est, cui populus civitasque Karthaginienſis est in tutela, teque maxime ille, qui urbis hujus populique tutelam recepisti, precor venerorque, veniamque vobis peto, ut vos populum civitatemque Karthaginienſem deferatis, loca, templa, sacra, urbemque eorum* RELINQUATIS.

MERGE Senec. Hippol. ad Solem. vers. 676.

Lucem MERGE, *et in tenebras Fuge.*

Tibull. lib. 2. eleg. 5. vers. 79. -- *Apollo,*

Prodigia indomitis MERGE *sub æquo-*
(ribus.

MELIOR, MITIS PLACIDUSQUE
ut

ADORATIONIBUS. 17

ut Deus esset, precabantur sæpius. sic Tibullus canit. lib. 2. Eleg. 5. vers. 79.

————— *Sed tum jam* MITIS *Apollo,*
Prodigia indomitis MERGE *sub æquori-*
(bus.

Virgil. Æneid. lib. 12.

Et Pater omnipotens, et tu Saturnia Juno,
Jam MELIOR, *jam, Diva, precor.*

Horat. in Carm. Sæcul. vers. 33.

Condito MITIS, *PLACIDUSQUE* telo.
Supplices AUDI *pueros Apollo.*

MITTE. EMITTE. REMITTE. Senec. Med. vers. 872.

Nunc, Phæbe, MITTE currus
Nulla morante lora.

Senec. in Hippol. vers. 1212.

————— *Alcide tuum*
Diti REMITTE *munus.*

Id. in Oedip. vers. 930.

————— *Ipse tu scelerum capax*
Sacer Cythæron, vel feras in me tuis
EMITTE *Sylvis: MITTE vel rabidos*
(canes.

NAMQUE POTES perpetua apud Poëtas formula est, testibus Valerio Flacco. lib. 2.

ANNUE, *meque precor, defectaque Per-*
(gama monstris

ERIPÉ, NAMQUE POTES.

Horatio epod. carm. 17.

Et tu, POTES NAM, Solve me dementia.

B

Nec

18 DEVETER: AC RECENT.

nec non Virgilio Æneid. lib. 6.

—— *Aut tu mihi terram*

Injice, NAMQUE POTES, portusque
(require Velinos.

PARA Tibull. lib. 4. carm. 6. vers. 7.

At tu Sancta FAVE, ne nox divellat aman-
(tes,

Sed Juveni, quæso, mutua vincla PARA.

Senec. Med. vers. 532. ad Jovem:

—— *Vindices flammæ PARA.*

Martial. lib. 9. epigr. 57.

Quæ puero dones, tela Cupido PARA.

RECIPE. Senec. Hippol. vers. 233.

—— *RECIPE me Chaos,*

RECIPE.

& vers. 1236.

—— *RECIPE me æterna domo*

Non exiturum.

REDDE. Valer. Flacc. lib. 8. vers. 246. ad
Venerem:

REDDE diem, noctemque mihi.

Lucan. lib. 9. vers. 849.

REDDITE Dii, clament, miseris, quæ
(fugimus arma.

REDDITE Thessaliam.

SINE. Valer. Flacc. lib. 2. vers. 274.

—— *SINE sedatum te funere pontus.*

Expiet, et referam lotos in templa dracones.

Tibull. lib. 2. eleg. 5. vers. 17.

Phæbe

Phoebe Sacras Messalinum SINE tangere
(chartas.

Ovid. fast. lib. 4. ad Rubiginem:

Tu nata syderibus cæli nutrita secundis.

Crescere, dum fiant falcibus apta, SINAS.
& Manlius apud Livium lib. 6 *Jupiter* (inquit) *Opt. Max. Junoque Regina, ac Minerva, cæterique Dii, Deæque, qui Capitolium arcemque incolitis, ficcine vestrum militem ac præsidem SINITIS vexari ab inimicis?* sic Cato de Re Rustic. in Solitaurilibus loquitur: *Mars Pater, te precor quæsoque, uti sis VOLENS PROPITIUS mihi, domo familiæque nostræ: quojus rei ergo agrum, fundumque meum Suovittaurilia circumagi jussi, uti tu morbos visos invisosque, viduertatem vastitudinemque, calamitates intemperiasque PROHIBESSIS, DEFENDAS, AVERRUNCESQUE; utique tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque grandire, beneque evenire SINAS.*

SISTE. vide orationem Scipionis in Africam trajicientis apud Livium lib. 29. ubi post alia, etiam precatur, *ut Dii, socios ac milites suos salvos incolumesque victis perduellibus, victores spoliis decoratos, præda onustos triumphantesque secum DOMOS REDUCES SISTATIS.* ita apud eundem lib. 1. Romulus, suis fugientibus, fatur: *at tu Pater Deum hominumque, hinc saltem ARCE hostes, DEME terrorem Romanis, fugamque fædam SISTE.*

B 2

SPER-

20 DE VETER: AC RECENT.

SPERNE. Tibull. lib. 1. eleg. 1. vers. 30.

—— *Neu vos de palūpere mensa
Dona, nec è puris SPERNITE fœtilibus.*

& Sil. Ital. lib. 15. ubi Scipio stans puppe
profatur:

DA Pater, & nostros ne SPERNE ju-
(vare labores.

SPIRATE. ASPIRATE. Virgil. lib. 3.
Æneid.

*Dii maris & terræ tempestatumque potentes
FERTE viam vento facilem & SPIRATE
(secundis.*

& lib. 9.

Vos, o Calliope, precor, ASPIRATE canenti.

TENE. Valer. Flacc. lib. 1. vers. 214.

—— *Sic pectora fratris*

Juno TENE.

Idem lib. 5. vers. 251.

*Tu quoque sacrata rutilant cui vellera quer-
(cu,*

Excubias, Gradive, TENE.

TONA. Senec. Med. vers. 531.

Nunc summe toto Juppiter cœlo TONA.

& in Hippolyto vers. 677.

*Cur dextra, Divum Rector atque homi-
(num, vacat*

Tua, nec trisulca mundus ardescit face?

In me TONA, me FIGE.

TOR-

A D O R A T I O N I B U S. 21

TORQUE. Tibull. lib. 4. carm. 4. vers. 11.
ad Phæbum:

Neu juvenem TORQUE, metuit qui fata
(*puella.*

Id. lib. 1. eleg. 5. vers. 5.

Ure ferum, & TORQUE.

TUERE. Horat. in Carm. Sæcul.

Lenis Ilithya TUERE partus.

Ovid. Fast. lib. 4. Venerem Verticordiam
adprecatur:

Semper ad Æneadas Placido PULCERRIMA
(*vultu*

RESPICE: *totque tuas Diva TUERE*
(*nurus.*

Ad avertenda mala sequentes formulæ adhibebantur.

AUFER. Tibull. lib. 3. eleg. 6. vers. 3. ad
Bachum:

AUFER et ipse meum pariter medicande
(*dolorem:*

Ovid. Fast. lib. ad Rubiginem:

PARCE, *precor, scabrasque manus à*
(*messibus AUFER.*

COMPESCE. Valer. Flacc. lib. 1. vers. 605.
ad Æolum:

———— *Nil me mea pignora tangunt,*
Tantum hominum COMPESCE minas.

B 3

Id.

22 DE VETER: AC RECENT.

Id. lib. 6. vers. 305.

Teque per hanc, inquit, Genitor, tibi si
(manet, oro

Canitiem, COMPESCE minas.

EXIME. Valer. Flacc. lib. 2. vers. 255.

——— *Primoque manus à limine tendens*

EXIME nos sceleri, Pater, & MISERERE
(RERE *piorum*

Rursus, ait.

PELLE. DEPELLE. EXPELLE. Tibull. lib. 2. eleg. 1. vers. 18.

Vos mala de nostris PELLITE liminibus.

Id. lib. 1. eleg. 11. vers. 25.

At vobis ærata, Lares, DEPELLITE tela.

& lib. 4. eleg. 4. vers. 1.

Huc ADES, & teneræ morbos EXPELLE
(puellæ.

Valer. Flacc. lib. 8. vers. 349.

Vos modo vel solum hoc fluctus EXPEL-
(LITE *corpus.*

Gratulatoriæ vero formulæ parcissimæ inveniuntur, & hæ sunt:

EST DIIS GRATIA; GRATIAS, vel GRATEIS DIIS AGO, vel HABEO, & GRATULOR. audite Terentium Adelph. act. 1. scen. 2.

Et

ADORATIONIBUS. 23

Et EST DIIS GRATIA, unde hæc fiant.

Ovid. Fast. lib. 1.

GRATIA DIIS, *Domuique tuæ.*

Plaut. in Pers. act. 5. scen. 1. vers. 3.

*Cum bene nos Jupiter iuvisti Dique alii
(omnes Cælipotentes,
Ea vobis GRATEIS HABEO atque AGO.*

neque non Ennium precantem: *Jupiter tibi, summa tandem male re gesta, GRATULOR.* sic & Nævius lib. 3. bell. Poenic. *Isque susum ad cælum suas res amnullus GRATULABATUR Diis.* & Livius scribit: *templa GRATANTES ovantesque adire.* ita ut gratulantur adventum, est, Diis ob meum adventum gratulantur, vel gratantur, nam *Gratulari* & *Gratari* scripsere Veteres, ut præter Livium Poeta lib. 3. fast. canit:

*Quisquis ades, castæque colis penetralia Vestæ,
GRATARE, Iliacis turaque pone focis.*

Illæ Latinorum, hæcce vero Græcorum recensentur, Romanorum plane congruæ, uti sunt *Χαίρει*, *Salve.* Callimach. in hymno ad Jovem. vers. 49.

*Χαίρει πάτερ, χαίρ' αὖθις.
Salve Pater, salve iterum.*

illâque nunc preces incipiebant, nunc finiebant

24 DE VETER: AC RECENT.

bant Gentiles. sic in hymno Cēreris vers. 2.
canit Callimachus:

Δαίματερ μέγα χαῖρε
Magna Mater Salve.

& apud Euripidem in Hippol. fatur Hippolytus in fine:

Χαῖρε μοι ὦ κακλίσαι
Καλλίσαι των κατ' ὀλυμποῦ
Παρθένων Ἀρτεμι.
*Salve mihi o formosissima
Pulcherrima in cælo degentium
Virginum Diana.*

Ἐλθὲ à verbo ἔρχομαι. Ἰκου à verbo ἴκω. Δεῦτε, adverbium hortantis simul & accersentis, à verbo ΔΕΥΡΩ. *Venite, Ades. Accelerate.* ita Sapphus in hymno ad Venerem vers. 5.

Ἀλλὰ τῆς ἔλθι αἶκοτε κατ' ἔρωτα.
Huc veni tandem precibus vocata.

Orpheus in hymno ad Hercul. vers. 14.

Ἐλθέ μάκαρ νύσων θελκτῆλα πάντα κομίζων.
Veni morborum averrunca piamina portans.

sic Anacreon ad Dianam,

Δεσποιν' αρτεμι θηρών
Ἰκου νῦν.
*Domina Diana ferarum
Veni nunc.*

Et

ADORATIONIBUS. 25

& Sophocles in Oedip. Tyran. vers. 149.

Σωτήρ θ' ἱκοίλο, καὶ νόσος παυσήλει.

Servator nobis veniat, morbumque depellat.

nec non Sapphus apud Hephæstionem,

Δεῦτε νῦν αἴβραι χάριτες καλλίχομοί τε Μοισαῖ.

Venite nunc pulchræ Charites, pulchricomæ-
(*que Musæ.*

ac alibi:

Δεῦρο δεῦτε μοῖσαι χρύσεόν λιποῖσαι.

Huc venite Musæ aureum relinquentes.

dicebant enim indiscriminatim Δεῦτε & Δεῦρο. Musæus ita scribit: Δεῦρό μοι εἰς φιλότιμα, *huc ades mihi*. absolute vero nonnunquam ponebantur (omisso imperativo Ἴθι, ἔλθε aut simili) pro adesdum & adeste. Aristoph. in Pace, δεῦρο σὺ, *huc adsis tu*.

Δίδυ, δός, à verbo δίδωμι, *Da*. Homer. hymn. in Herc. vers. ult.

Χαῖρε ἀναξ Διὸς υἱέ, δίδυ δὲ ἀρετῶν τε καὶ οὐλοῦ.

& Iliad. γ. ubi Menelaus inquit:

Ζεῦ ἀνα, δὸς τίσαθαι ὃ με πρότερον καὶ ἐόργε.

Jupiter Rex, Da ulcisci, qui prior me in-
(*juriâ affectit.*

hinc apud Callimachum Diana adhuc infans à Jove petit, Δός μοι μαρτυρίαν αἰώνιον, *da mihi virginitatem perpetuam*.

B 5

Σάω

26 DE VETER: AC RECENT.

Σάω, *Serva*. per apoc. pro σάωζε. Callim. hymn. in Cerer. vers. 135.

Καῖρε θῆα, ἢ τάν θε σάω πολιν.

Salve Dea, ἔσ hanc Serva civitatem.

Hom. Odyss. Δ. ubi Ulysses Minervam precatur:

—— καὶ μοι φίλον ἦα σάωσον.

—— ἔσ *mibi charum filium Serva.*

& Gregor. Nyssen. in testimoniis de Trinitate Unius Dei scribit: ἀλλὰ σάω με, σάω με φίλη τεταῖς. hoc est. *At tu conserva me, conserva me o dilecta Trinitas.* quam etiam formulam in sternutationibus adhibebant, exclamantes, Ζεῦ σῶσον, *Jupiter Serva.* de cujus origine & ætate verba faciens Clariss. Sigonius lib. 1. Hist. de Regn. Ital. contendit hunc ritum à Gregor. riani temporis pestilentia deducendum, at multum errat Vir eruditissimus; cum L. Apulejus, qui trecentis annis ante Gregorium scripsit, illius meminit, & Petronius diserte refert: *Giton collectione spiritus plenus, ter continuo ita Sternutavit, ut grabatum concuteret. ad quem motum Eumolpus conversus, Salvere Gitona jubet.* Plinius quoque lib. 28. cap. 2 de ipso Tiberio narrat, quod primus inter Romanos voluit, ut sibi sternutanti salvere juberetur.

Δέξαι, *Accipe, suscipe.* Homer. hymn. in Apoll.

Δέξαι

Δέξαι ἱερὰ καλὰ περικτιόνων ἀνθρώπων.

Suscipe Sacra pulchra vicinorum hominum.

Pind. in Pyth. Od. 12. ὦ ἄνασ' ἱλαθ',
'Αθανάτων, Ἀνδρῶν τε, σὺν εὐμερίᾳ δέξαι σεφάνω-
μα. id est, o Regina propitia immortalium ho-
minumque, cum benevolentia Accipe Coronam.

& Clem. Alexandr. lib. 5. Strom. σὺ δὲν μοι θυ-
σίαν ἀπορον παγκαρπίας δέξαι, πλήρη, προχυτίαν.
id est, tu autem mihi, sacrificium rarum, omnium
fructuum oblationem, Accipe, plenum, profusum.

Ἰλαθι, sis Propitius. Callimach. in hymn. ad
Cerer. vers. ult.

Ἰλαθι μοι τρίλλιζε μέγα κρεῖσσα θεάων.

*Propitia sis mihi, ter optata, magna Re-
(gina Dearum.*

Theocrit. Idyll. 15. vers. 143 circa finem:
Ἀδωνιαζουσῶν: Ἰλαθι νῦν φίλ' Ἀδωνι. ubi Gram-
matici, Ἰλαθι, ἀντί τῷ ἰλαΐθῃτι, καὶ ἀποκοπὴν Δω-
ρικῶς. veluti eandem formulam passim apud
Romanos observatam docet Cato de Re Rust.
Festus, & Clariss. B. Brissonus. lib. 1. de For-
mul. & solennib. Pop. Rom. verbis. Immo
apud priscos Christianos viguisse probat Evan-
gelista Lucas cap. 28. comm. 13. ubi Publicani
ad Christum: ἰλαΐθῃτί μοι, sis mihi propitius.

Κλῦθι, audi, ἃ κλῦμι. sic Archilochus apud
Plutarchum:

Κλῦθι αἰαξ Ἡφαίσει.

Audi regnator Vulcane.

Hesiod.

28 DE VETER: AC RECENT.

Hesiod. *erg.* vers. 9.

Κλῦθι ἰδὼν αἰώντε.

Audi intuens & auscultans.

& Theognid. in Gnom. ad Apollin.

— σὺ δὲ μὲν κλῦθι, καὶ ἰθὺς δίδυ.

— *tu vero me Audi, & bona Largire.*

ita ut sæpe cum genetivo, ut hîc, sæpe cum accusativo usurpetur uti Odyss. ξ. θεῶν δέ τιν' ἔκλυον ἀνδρῶν. sæpius cum dativo Od. ζ. Κλῦτέ μοι ἀμφίπολοι λούκῳλενοι.

Ἴδ' & ἴδε, *aspice*, adverbia facta ex imperativo verbi ἴδω, video. Callim. in hymn. in Cer. vers. 98.

Τοῖα τὸν σῶκ ἄγοντα Ποσειδάωνα καλίσρῳν,
Ψευδοπάτωρ; ἴδε τὸν δε τεῦ τρίτον.

*His verbis surdum Neptunum invocans,
False Pater, aspice hunc tuum tertium.*

simili modo in sacra Scriptura habetur Joh. 1. ἴδε ἀμνὸς τοῦ θεοῦ. ac alibi sæpe in Novo Testamento, & Aristoph. in Neb. ἰδ' τί ἐστίν.

Φυλάσσεο poëtice, & φυλάσσε, *Custodi, Tuere, Serva.* à verbo φυλάσσω, & Attice φυλάττω. ita Hesiod. *erg.* vers. 491.

Ἐν θυμῷ δ' εὖ πάντα φυλάσσεο.

Animo autem omnia bene Serva.

locu-

ADORATIONIBUS. 29

locutio Phœnicia, de quâ docta multa & erudita differuit indefessus erudiendo Joh. Clericus ad Genes. cap. 27. comm. 2.

————— ἀλλὰ σὺ φοῖτε,
Ἰλασθ' ἡμε τόρῳ τῷ δὲ φύλασσε πόλιν.

————— *Verum tu Apollo
Propitius nostram hanc Custodi urbem.*

unde & Dæmones hominum Custodes vocat Hesiodus εἰγ. vers. 123. φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

Ἵζον, P L U E. hæc formula particularis Atheniensium erat, qui in festis, quæ προχαεμένηα vocabantur, & Minervæ celebrabantur pro moderatâ pluviâ & tempestate atque ventis, teste Proclo in Platonis Timæum lib. 2., orantes locuti sunt: Ἵζον Ἵζον ὦ φίλε Σεῦ καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς Ἀθηναίων, καὶ τῶν πεδίων. *Plue, Plue chare Jupiter super Atheniensium arva & præta.* uti refert Imperator M: Antoninus lib. 5.

Ἰη παιὰν, Iö Pœan. acclamatio solennis, quâ Apollo invocari solitus, quæque juxta Macrobius Saturn. lib. 1. cap. 17. obtinuit per litteram enuntiari, cum sanitatem sibi dari precabantur, Ἰη παιὰν, id est, medere Pœan; cum Ἰε παιὰν per ε pronuncietur, eodem Macrobio teste, cum aspiratione prioris literæ. & hujus Ephymnii Apollinis causa erat, quod Delphi olim ei, in certamen cum Pythio angue, descen-

30 DE VETER: AC RECENT.

descendenti & sagittis eum conficere paranti
acclamarunt ἱεὶ παιῶν, *dimitte seu immitte Pæan.*
scilicet tela. ut diserte Callim. hymn. in Apoll.
vers. 97. & seqq. in hisce canit:

Ἰὴ ἰὴ παιῶν, ἀκούεμν, ὅνεκα τῷτο
Δελφός τοι πρῶτισον ἐφύμνιον ὄρετο λαός,
Ἥμος ἐκηβολίῳ χερσίων ἐπεδείκνυσο τόξαν.
Πυθῷ τοι κατίοντι συνκίετο δαιμόνι· θῆρ,
Αἰνὸς ὄφιοι, τὸν μὲν σὺ κατλώαρες, ἄλλον ἐπ' ἄλλω
βάλλον ὠκὺν οἰζόν; ἐπηύτησε δὲ λαός,
Ἰὴ ἰὴ παιῶν, ἱεὶ βέλ·.

*Io Io Pæan, audimus: quoniam istum
Delphicus tibi primum hymnum invenit popu-*
(*lus:*

Quo tempore jaculationem aurearum demon-
(*strasti sagittarum.*

Nam Pythonem tibi descendentem occurrit sæva
(*bestia,*

Horribilis serpens. eum tu quidem occidisti,
(*aliam super aliam*

Mittens velocem sagittam, acclamavit autem
(*populus,*

Io Io Pæan, mitte sagittam.

Quam formulam invocandi, uti scribit Macrobius
dicto loco, confirmasse fertur Oraculum Delphicum
Atheniensibus, petentibus opem Dei adversus A-
mazonas Theseo regnante. namque inituros bel-
lum his ipsis verbis semet ipsum auxiliatorem in-
vocare hortarique. ortographiam vero vocis *Io*

in

ADORATIONIBUS. 31

in Græc. Tragoed. Scaliger invenit ita, ut sit quasi *Iaō*, quæ, uti *Iō*, vox diminutiva esset à voce *Jehova*, sicuti *Pæan* à פנא *Pana*, quod aspicere notat; ita ut *Iō Pæan* proprie sit *Jehova Penob*, *Domine aspice nos. dum*, (sit fides pene F. Drake in Itinerario suo) apud Symerones, populum Occidentalis Indiæ, vestigium ejusdem formulæ invenitur, canentes inter saltandum maximâ exclamatione *Iō Peho*. Latini certe hinc suum *Iō Hymen Hymenææ* mutuarunt in Nuptiis, de quibus multa & docta B. Brisslönus.

Ἐλέησον, *Miserere*, à verbo ἐλεέω, ex Græcorum consuetudine fluxisse videtur, dum Homerus Odyss. E. canit:

*Ἀλλ' ἱλέαιρε ἄναξ.
Sed Miserere Rex.*

à verbo ἑλεαίρω pro ἑλεέω. habet quoque Arrianus lib. 2. Epict. cap. 2. νῦν ᾗ τρέμοντες τὸ ὄρνιθαίριον, κρατοῦμεν, καὶ τὸν θεὸν ἐπικαλουμένοι, δέομεθα αὐτῷ, ΚΥΡΙΕ ΕΛΕΗΣΟΝ; ἐπίτρεψ μοι ἔξελθεῖν. Id est, nunc vero trementes seu timentes augurium, superamus, & Deum invocantes rogamus eum. *Domine Miserere, concede mihi exire, seu evadere.* & diserte Achilles Tatius scribit lib. 3. pag. 66. edit. Commel. ἀνοιμίζας οὖν ἑλεησον ἐφ' ἡν δέσποια Ποσειδῶν καὶ σπῆσαι πρὸς τὰ τῆς ναυαγίας σε λειψανά. *Multis itaque cum Lacrymis ego, Here, inquam Neptune, MISERERE, ac naufragii reliquiis parce.*

parce. ipsis & Romanis in usu fuisse docent
passim Poetarum loci. sic Valer. Flaccus. lib.
2. vers. 255.

— *Primoque manus à limine tendens*
Exime nos sceleri, Pater, & MISERERE
(piorum)
Rursus ait.

& Virgil. *Æneid.* lib. 9. vers. 495.

Aut tu Magne Pater Divùm MISERERE.

Neque non multæ Hebræis Formulæ in usu
erant, plane Græcorum & Romanorum illis
congruæ. ita Deum precabantur, ut sese ser-
varet per verbum *ישע* *Servare*, *היש יעני*
Serva me. Psalm 3. comm. 8. Psalm 6. comm.
5. Psalm. 7. comm. 2. 12. comm. 2. & 20.
comm. 10. Atque Deutern. 33. comm. 29. ac
Jerem. 17. comm. 14. *הישעני ואכרשעה.* *Ser-*
va me & Servabor. orabant sæpius, Deus ut *Au-*
diret, Exaudiret, Videret, Eriperet se, suo-
rumque Misereret. legito Psalm 4. comm. 2.
הישעני בקראי באלהי *cum invocavero, Exaudi*
me Deus. Psal. 13. comm. 4. *הישעני יהוה* *Exaudi*
me Jehova. Psalm. 25. comm. 18. *ראה עני* *Vide*
afflictionem meam. & comm. 19. *ראה איני*
inimicos meos Vide. Sic Psalm. 6. comm. 5.
חלצה נפשי *Eripe animam meam.* & rursus
Psalm 4. comm. 2. *חנני רשמע תפילתי* *Mise-*
rere mei & meam orationem Audi. ac Psalm 6.
comm.

A D O R A T I O N I B U S. 33

comm. 2. **יְהוָה חַנּוּן**. *Miserere mei.* usitatissima etiam formula erat, *Fac.* ita Psalmista Ps. 25. comm. 4. **יְהוָה יָדוּעֵי** *Fac me scire vias tuas Domine.* & comm. 5. *in veritate tua* **יְהוָה יִדְרִיבֵנִי** *Fac iter me facere.* adde orationem Nehemiæ Machab. lib. 2. cap. 1. comm. 24. inter sacrificandum adhibitam, in quâ elegantes formulæ occurrunt. Κύριε κύριε ὁ Θεὸς ὁ πάντων κτίσης ὁ φοβερὸς, ἡ ἰσχυρὸς ἡ δίκαιος ἡ ἐλεήμων. ὁ μόνος βασιλεὺς ἡ ἑξουσίης ὁ μόνος χορηγὸς, ὁ μόνος δίκαιος καὶ παντοκράτωρ καὶ αἰώνιος, ὁ διασώζων τὸν Ἰσραὴλ ἐκ παντὸς κακῆς, ὁ ποιήσας τὰς πατέρας ἐκλεκτὰς, ἡ ἀγιάσας αὐτὰς. πρόσδεξαι τὴν θυσίαν ὑπὲρ πάντος τῷ λαῷ σου Ἰσραὴλ, καὶ διαφύλαξον τὴν μερίδα σου καὶ καθαγιάσον. Ἐπισυνάγαγε τὴν διασπορὰν ἡμῶν. ἐλθέ θέρωσον τὰς δευδονίας ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰς ἐξεδινημένους καὶ ἐδελκίξας ἐπίδε. ἡ γνώτωσαν ἅπαντα ἔθνη ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν. βασάνισον τὰς καὶ ἀδυναστεύοντας, ἡ ἐνυβερίονας ἐν ὑπερφανίᾳ. καὶ ἀφύττωσον τὸν λαόν σου εἰς τὸν τόπον σου ἅγιον σκεκασθὼς εἶπε μαυσις. Id est, Domine, Domine Deus, omnium Creator, Terribilis, & Fortis, & Justus, & Misericors, solus Rex, & Bonus solus præstans, solus Justus, & Omnipotens & Æternus, liberans Israël ab omni malo, qui fecisti Patres electos, & sanctificasti eos, ACCIPE sacrificium pro omni populo tuo Israël, & CUSTODI partem tuam & SANCTIFICA, CONGREGA, dispersionem nostram, LIBERA eos; qui serviunt in Gentibus contemptos, & abominatione habitos RESPICE: & sciant Gentes

C

quod

34 DE VETER: AC RECENT

quod tu es Deus noster. AFFLIGE opprimentes, & contumeliis afficientes in superbia. PLANTA Populum tuum in loco sancto tuo, sicut dixit Moyses.

Huc etiam refero duas illas supplicandi formulas juxta victimas mactandas edi solitas, quæ reperiuntur in Misna in Joma & Siphra in Acharemoth, & Maim. in Jom. Hakippurim, cap. 3. & 4. & sonat prima: **אָנֶה הָשֵׁם**

**חַטָּאתִי עֲוִיתִי פִשְׁעִיתִי לִפְנֵיךָ אֲנִי וּבֵיתִי אָנֶה הָשֵׁם
כִּפֹּר נָא לְחַטָּאִים וּלְעֹנֹת וּלְפִשְׁעִים שְׁחַטָּאתִי
וְשַׁעֲוִיתִי וְשִׁפְשַׁעֲתִי אֲנִי וּבֵיתִי כְּכָתוּב בַּתּוֹרָה
מֹשֶׁה עֲבָדְךָ לֵאמֹר כִּי בְיוֹם הַזֶּה יִכָּפֵר עֲלֵיכֶם
לְמַהֲרָא אֲתֹכֶם מִכָּל חַטָּאתֵיכֶם לִפְנֵי ה' תִּמְהַדְּרוּ**

Obsecro Domine, peccavimus, deliquimus, rebellavimus in conspectu tuo ego & familia. Obsecro Domine, REMITTE nunc peccata, delicta & rebelliones, quibus peccavimus, deliquimus & rebellavimus ego & familia mea; sicut scriptum est in lege Moysis, servi tui, ubi dictum est, in hac die expiatio erit vestri, atque mundatio ab omnibus peccatis vestris, coram Domino mundabimini. Altera iisdem fere verbis constabat.

**אָנֶה הָשֵׁם חַטָּאתִי עֲוִיתִי פִשְׁעִיתִי לִפְנֵיךָ אֲנִי
וּבֵיתִי וּבְנֵי אֹהֶל עֵם קִרְשְׁךָ אָנֶה חַשֵּׁם כִּפֹּר נָא
לְחַטָּאִים וּלְעֹנֹת וּלְפִשְׁעִים שְׁחַטָּאתִי וְשַׁעֲנִיתִי
וְשִׁפְשַׁעֲתִי**

ושפשעתי לפניך אני וכיתי ובני אחרן עם קדשך
ככתוב בתורת משה עבדך לאמור כי ביום הזה
יכפר עליכם לטהר אתכם מכל חטאתיכם לפני

ה. חטאתי. *Obsecro, Domine, peccavimus, deliquimus, rebellavimus in conspectu tuo ego & familia mea & filii Aaronis, populus Sanctus tuus. Obsecro Domine, REMITTE nunc peccata, delicta & rebelliones, quibus peccavimus, deliquimus & rebellavimus in conspectu tuo ego & familia mea & filii Aaronis populus Sanctus tuus.*

Ceterum solemni Expiationis die odora menta illa, quibus intimum Aedis Sacrae adytum semel quotannis suffiendum erat, Pontifex ipse adolens ita populum Deo commendabat:

יהי רצון מלפניך ה' אלרינו שאם היתה שנה
שחינה תהיה גשומה ולא יסור שכט מבית
יהודה ולא יהיה עמך בית ישראל צריכין
לפרנסה ואל תכנס לפניך תפלת עובדי דרכים

Placeat tibi Domine Deus, ut, si hic annus calidus fuerit, idem quoque sit pluviosus. ut ne discedat sceptrum à familia Judæ, nec victu careat populus tuus Israëliticus, irritæque ut sint impiorum preces. & præcipitur Deutern. 21. comm. 7. & 8. quando homicidii, in agro facti, auctor nesciebatur, ut precarentur: Manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc, nec oculi viderunt. PROPITIUS esto populo tuo Israël,

36 DE VETER: AC RECENT.

quem redemisti, Domine, & ne REPUTES sanguinem innocentem in medio populi tui Israël.

Neque vulgatius fere Judæis erat, quam Deum *Benedictum* invocare, & illum *Benedicere*. legite Psalm. 28. comm. 6. *Dominus בריך* *Benedictus*, quia audivit vocem deprecationum mearum. item Psalm 31. comm. 22. 41. comm. 14. 66. comm. 20. Genes. 15. comm. 19. & 20. imo Judic. 5. Debora præcipit populo: *יְהוָה כִּרְכוּ* *Benedicite Domino*. ita prima Ecclesia Christiana *Benedictum* illum precabatur, veluti habetur in tract. de Offic. Divin. qui invenitur tomo 13 Bibliothecæ Patrum fol. Anni 1599. quando Catechumenis mel & lac porrigerentur: *Benedic Domine has creaturas lactis & mellis, & Pota famulos tuos fonte perenni, qui est spiritus veritatis & Enutri eos de hoc lacte & melle: tu enim Domine promisti Patribus nostris Abrahamæ, Isaac et Jacob dicens, introducam vos in terram promissionis, terram fluentem lacte et melle. Conjunge Domine famulos tuos spiritucaritatis et pacis, sicut conjunctum est hoc lac et mel in Christo Jesu Domino nostro.*

C A-

CAPUT III.

Diis Varia Cognomina data. μάκαρες Beati omnes. αἰγιον & θρηνηταί *Dea vocata* Græcis, ut Latinis *Almæ*. *Dii ac Dea* Magni & Magnæ. *solus Jupiter* Optimus Maximus. *alii & Dii* Maximi. *Dii* Reges & Domini, *Dea* Reginæ ac Dominæ. *quo titulo & verum Deum* Hebræi adorarunt. *frequenter numina* Patres Matresque dicebantur. *Christianis & Judæis Deus Pater vocatus*, ut & *Conservator sive* Salvator, *æque ac Gentilibus. ab his Dii blandis verbis* Boni, Amici, Propitii, Pulchri appellantur, *ab Israëlites Deus* Magnus, Bonus, Justus, Misericors & Sanctus. *quod nomen Gentilibus familiare.*

§. 1. **N**unc de Cognominibus, quæ Veteres in precibus suis tribuebant Diis. Græci Deos Deasque μάκαρες, id est, *Beatos* vocarunt, quod omnium beatissimam vitam agebant. Orpheus in hymno ad Noct. verſ. 3. canit.

38 DE VETER: AC REGENT.

Κλῦθι μάκαιρα θεά.
Audi Dea Beata.

& Hesiod. in *εργ. καὶ Ἡμέρ.* vers. 138.

————— χολάμεθα ἔνεκα τιμᾶς
Οὐκ ἐδίδαν μακάρεσσι θεοῖς, οἳ Ὀλυμπον ἔχουσιν.
Quia honores
Non dabant Beatīs Diis, qui Olympum
(habitant.

Non minus frequentes erant voces *Αγνή*,
κλυτή, *ωραία*, *θρέπτειρα*. Homero *ζείδωρε*
ἄρρεα, *alma terra*. quod homines nutriat.
inde Gloss. *Almus* *ζείδωρε*. sic apud Orph.
in hymno. Cer. vers. 7. lego,

————— θνήτ θρέπτειρα προπάντων.
————— *Homium Alma Nutrix.*

Alcman vero apud Hephæstionem canit:

Κόλπῳ σ' ἐδέξανθ' ἀγναὶ χάριτες κρονῶ.
Sinu te exceperunt Almæ Gratiae.

& Orpheus in hymno Cereris vers. 11.

Λαμπαδόεος', ἀγνή.
Tædigerens, Alma.

atque vers. 18.

Ἐλθὲ μάκαιρ' ἀγνή.
Adesdum Beata, Alma.

neque

ADORATIONIBUS. 39

neque solennior vox in Romanorum precibus audiebatur, teste dicto libro Clariss. Briffonio. adde Ovidii locum. libr. 15. Metam. qui sonat :

Constitit ALMA Venus nulli cernenda.

nec non Tibull. lib. 1. eleg. 10. vers. ult.

At nobis Pax ALMA veni.

& Virgil. lib. 1. Georg. vers. 5.

—— *Vos o clarissima mundi
Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum,
Liber et Alma Ceres.*

quâ de voce Pompej. Festus habet: *Alma, Sancta, sive Pulchra; vel alens, ab alendo scilicet.*

Commune etiam Græcis ac Romanis erat Numina *Magna* vocare. Catullus in carm. 35. ad Dianam,

*O Latonia Maximi
MAGNA Progenies Jovis.*

Tibull. lib. 1. eleg. 5.

*Num veneris MAGNÆ violavi Numina
(verbo.*

testantur & de Dis Magnis Inscriptiones. sic apud Gruterum pag. 54. habetur D. M. S. MERCURIO. MAGNO. D. S. FRATRI

40 DE VETER: AC RECENT.
SUB. CL. PR. & rursus apud J. Jacob.
Boissard. Antiq. Rom. part. 6. tom. 2. pag.
68.

DIS. MAGNIS. SACRUM
COR. LAMIA,
EX. VOTO,

inter Græcos canit Orpheus in hymno Jovis
vers. 1.

Κικλησκω μέγαν ἄγνόν ἐρισμάραγον.
Obtestor Magnum perterricrepum.

nec non Bachylides apud Stobæum in tract.
de Pace:

—— Τικλει δὲ θνατοῖσιν εἰρήν' αὖ μέγ' αἶα.
Πλουῶτον.

—— *Parit autem mortalibus Pax (dea)*
(Magna.

Divitias.

Jupiter ceterum in solenni precatione semper OPTIMUS MAXIMUS vocabatur, ita tamen, ut Optimi nomen Maximo semper præponeretur, quia, teste Cicerone, majus gratiusque est prodesse omnibus, quam opes magnas habere. eodemque auctore lib. 2. de Nat. Deor. *Jovem Capitolinum P. R. propter beneficia OPTIMUM, propter vim MAXIMUM nominavit.* quo ulteriore nomine etiam alia numina decorarunt Gentiles. sic Mercurium, sive Camil-

ADORATIONIBUS. 41

Camillum inter Cabiros Maximum ponunt
Scholiaſtes Apollonii & Etymologicum mag-
num, & Inſcriptio Vetus apud Boxhornium
Quæſt. Rom. 12. legitur.

DIIS. MAXIMIS.

BACHO. ET SOMNO.

HUMANÆ. VITÆ.

SUAVISSIMIS.

CONSERVATORIBUS. SACRUM.

Sæpius Dii REGES & DOMINI, Deæ vero
REGINÆ ac DOMINÆ appellatæ ſunt,
licet ſolo illo Ἄνακτι nomine apud Poetas
Apollo deſignetur, ſicut id ad Callimachi hymn.
ad Apoll. verſ. 79. & 90. & ad Juliani Cæ-
ſares pag. 356. nos monuit magnus erudito-
rum ocellus E. Spanhemius. ſic Hezychius de
Apolline:

Ὠναξ παιὰν ὦ βασιλεῦ, ὁ κακά παύων ἄπολλον.
O Rēx Apollo, qui mala quieſcere facis.

Orpheus in hymno ad Apollinem & Somnum
verſ. 1.

ὙΠΝΕ, ἄναξ μακάρων πάντων θνητῶν τ' ἀν-
(θρώπων.
Somne, Divum omnigenūm unicus atque
hominum Rex.

& alio loco ad Nemefin.

C 5

Ω νέ.

42. DE VETER: AC RECENT.

ὦ νέμεσι, κλήζω σε θεὰ βασίλεια μεγίστη.
O nemesis vocote Dea Regina Maxima.

sic θεοὶ βασίλαιοι, *Dii Regii*, ab Aristide monodi in Smyrna pag. 471. ac à Juliano in genere sunt vocati.

Inter Latinos Propertius lib. 4. eleg. 5.

Sed CAPE torquate, Venus o REGINA,
(columbæ
Ob meritum ante tuos guttura secta focos.

& Martialis lib. 12. epigr. 63. ad Saturnum canit :

Antiqui REX Magne poli, mundique prio-
(ris.

uti Virgilius de Plutone lib. 4. Georg. vers. 4691.

— *Maneisque adiit, REGEMQUE*
(tremendum.

ac Æneid. lib. 10. vers. 541.

————— *Arma Sereftus.*
Leſta refert humeris, tibi REX Gradive,
(tropæum.

de appellatione *Dominorum Deorum* Seneca in Med. act. 1. scen. 1. vers. 12.

DOMI-

ADORATIONIBUS. 43

DOMINUMQUE regni tristis, et DOMI-
(NAM fide
Meliore raptam, voce non fausta precor.

Martialis lib. 12. epigr. 3. de Musis. vers. 14.

*Fons ibi Castalius vitreo torrente superbit,
Unde novem DOMINAS sæpe bibisse fe-
(runt;*

Anacreon etiam ad Dianam,

————— ἀγείων
Δέσποιν' ἀρτεμι θηρῶν
Ικου νῦν ἐπὶ Ληθαίου
Δίνῃσι.

————— agrestium
*Domina Diana ferarum
Veni nunc ad lethæi
Gurgites.*

Sufficiat testimonium Heliodori Æthiop. lib.
10. pag. penult. ὦ δέσποτα, εἶπεν, Ἥλιε, καὶ
Σελῳή δέσποινα. o Domine Sol, dicebat, & Lu-
na Domina. iisdem sæpe titulis Deum Hebræos
honorasse testes sunt 2. Paralip. cap. 6. comm.
14. Psalm 87. comm. 15. & alia Sac. Script.
loca, quodque etiam in Christianâ Ecclesiâ
obtinet.

Quamquam *Patris* nomen proprium Jovi
apud antiquos Theologos adtributum sit, quod
Dio Chrysosthomus Orat. 1. pag. 8. innuit,
& post

44 DE VETER: AC RECENT.

& post eum Bacho etiam seu *Libero Patri* daretur, unde Servius ad Virgil. *Georg.* lib. 2. vers. 4. scribit: *Pater licet generale sit omnium Deorum, tamen proprium Libero semper cohæret.* quinimo Hierophanta in Sacris Mithriacis quoque, ut ex Eunapio liquet, *Pater* appellaretur, unde eadem *Sacra Patrica* dicta sunt juxta Lampridium in Commod. sæpissime quoque Deos singulos *PATRES, MATRESQUE* Deas invocarunt. Martialis ad Janum. lib. 10. epigr. 28. vers. 7.

At tu sancte PATER, tanto pro munere
(gratus,
Ferrea perpetua claustra tuere sera.

Nec non apud Livium Horatius Cocles lib. 2. fatur: *Tiberine PATER, te Sancte precor, hæc arma, et hunc militem propitio flumine accipias. Matres Deæ* frequenter in Marmoribus celebrantur. sic apud Gruterum lib. 5.

TEMPLUM. DIANÆ.
 MATRI. D. D. APU.
 LEJUS. ARCHITEC.
 TUS. SUBSTRUXIT.

Inveniuntur & plurima Marmora apud erudit. Cuperum lib. de Inscript. & Marmor. Antiq. pag. 260. & seqq. inscripta Deabus Matribus. Callimachus in hymno in Jovem. vers. 94.

Xαῖρε

Χαῖρε πάτερ, χαίρ' αὖθι.

Salve Pater, salve iterum.

iterum in hymno in Cererem vers. 2. tam alloquitur, Δάματερ μέγα χαίρε. *Magna Mater Salve.* adde, quod Hebræorum exemplo, qui verum Numen Patrem dixerunt frequentius. uti Deutern. cap. 32. comm. 6. *numquid Domino retribuetis istud popule ingratis et insipide? nonne ipse est אבִיךָ, Pater tuus?* & comm. 7. *interroga Patrem tuum.* Nos Christiani, ut & ex præcepto ipsius Salvatoris Matth. 6. comm. 9. *ἵνα οὖν προσεύχηθε ὑμεῖς πᾶτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* sic ergo orabitur vos: *Pater noster, qui es in cælis.* Deum Patrem invocamus. adite Prudentium Hamart. vers. 931.

O Dee CUNCTIPARENS, animæ dator, o
(Dee Christe,
Cujus ab ore Deus subsistit spiritus unus.

& Cathemer. hymn. 4. vers. 3.

Laudem lingua Deo PATRI rependat.

ac rursus vers. 35.

*Artus atque animas utroque passu
Confirmas, PATER, ac vigore completes.*

simili modo *Regem* appellant. Prudent: eod. hymnorum. lib. hymn. 2. vers. 67.

Tu

46 DEVETER: AC RECENT.

Tu REX Eai sideris

Vultu sereno inlumina.

Judæi quoque in precibus matutinis quotidie precabantur: *Benedictus sit Dominus Deus noster, REX hujus mundi.* רַשְׁכִּי בִּנְתָּ אֱשֶׁר נָתַן *qui dedit gallo gallinaceo intelligentiam.* & Paulus in Epistola ad Timotheum cap. 1. comm. 17. τῷ ᾧ βασιλεῖ τῶν αἰώνων ἀφθάρτῳ, ἀοργίτῳ, μόνῳ σοφῷ θεῷ τιμὴ, δόξα εἰς ἑτέρας αἰῶνας τῶν αἰώνων. *ipsi autem REGI seculorum immortalis, invisibili, soli sapienti Deo, honor et gloria in secula seculorum.*

Erat & moris solennissimi CONSERVATORES Deos, Deasque CONSERVATRICES appellare. Orpheus in hymno Carniæ Limentinæ Forculæ:

Καὶ σῶζ' ὥσπερ ἔφους αἰεὶ σῴτεις πατρῶν.

Et Serva, omnium uti cluis semper Sospita
(Juno.

Pindar. Olymp. od. 5. Ὡτὴρ ὑψινεφὲς Ζεῦ. *Servator, qui es in altis nubibus Jupiter.* his adde illam apud J. Jacob. Boissardum part. 6. tom. 2. pag. 73. Inscriptionem:

HORTORUM. CUSTODI. VIGILI.
CONSERVATORI. PROPAGINIS
VILLICORUM.

&c part. 4. tom. 2. pag. 128.

JU-

JUNONI. PLACIDÆ.
CONSERVATRICI. AUGUSTÆ.

verum quod Salvatorem Christiani nuncuparunt Christum, verum Deum, fiebat, ἵτι ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἀμαρτωλοὺς σῶσαι. *quia venit in hunc mundum peccatores servare.* (ita enim verbum σῶσαι proprie denotat) 1 Timoth. 1. comm. 15. ratio altera hujus nominis. ὅτι ἡλπικαμεν ἐπὶ Θεῷ ζῶντι, ὃς ἐστὶ σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων, μάλιστα πισῶν. *quia speravimus in Deum viventem, qui est Salvator (sive servator, conservator) omnium hominum, maxime fidelium* 1 Timoth. 4. comm. 10. de Judæis Vetus Testamentum multis locis idem confirmat. ex omnibus audias 2. Sam. 22. comm. 3. Davidem cantantem: אֱלֹהֵי צוּרִי אֲחַסֶּה בּוֹ מִגְּנִי וְקֶרֶן יְשַׁעִי מִשְׁגְּבִי וּמִנוֹסֵי מִשְׁעִי מַחֲסֵם תְּשַׁעִי *Deus mea Petra, sperabo in eo: scutum meum & cornu salutis meæ; Elevator meus & refugium meum. Salvator meus, à rapina salvum fecisti me.*

Quo vero magis voti compotes fierent Gentiles, blanda verba illa: *Boni, Amici, Propitii, Pulchri.* quibus Deos demulceant, addidisse Numinum nominibus docent Ovidius fast. lib. 4.

*Parva BONÆ Cereri, sint modo casta,
(placent.*

Catullum epithal. Jul. & Manl.

Jam

48 DE VETER: AC RECENT.

*Jam venis. BONA te Venus
Juvet.*

& Virgilius Æneid. lib. 10.

*Adsit lætitiæ Bacchus dator, et BONA
(Juno.*

Amicum numen expriment Græci per vocem,
φιλον. sic Maneth. lib. 6. vers. 1.

Ἐλθέ μοι ὡς προτέρῳ λιγείῃ ἡρμοσας αἰοιδῶ
Μῦσα φίλη.

*Ades mihi, sicut priorem argute aptavisti
(cantum*

Musa Amica.

Menand. ap. Suidam in ἀνέσπακε.

Πέπονθε γὰρ ὧ φίλοι θεοί,
Pertulit enim, o Dii Amici.

nec non Philemon apud Stob. lib. 14. pag.
645.

Ἄρεται φίλη δέσποινα.

O Diana Amica Domina.

eodem modo Romani *Propitia Numina* ado-
rabant ac *Facilia*, quas formulas Clariss. Bris-
sonius sæpius laudato libro recenset.

Quantâ tamen observatione haud raro tam
Græci, quam Latini, Deos *Pulchros* dixere,
testes sunt Horat. lib. 4. carm. od. 2.

————— O Sol

PULCER, o laudande canam.

Ovid.

Ovid. lib. 15. Metam.

Quisquis adest dixit. sis ó PULCHERRIME
(*visus*
Utiliter.

quam vocem per κἀλὸν notant Græci. vide Maneth. lib. 1. vers. 17. & 45. καλὴ λέγει Καλλιόπεια. *Pulchra dic Calliope.* & Euripides in Hippol. Dramat. vers. 71.

Κάλλισα τῶν κατ' ὀλύμπου
Παρθένων Ἄρτεμι.
Pulcherrima in Cælo degentium.
Virginum Diana.

Majori jure & reverentiâ Populus Israëliticus Deum vocavit *Magnum*. Psalm 145. comm. 3. & 8. & 135. comm. 5. *Bonum universis*. Psalm 145. comm. 9. & 135. comm. 3. & 136. comm. 1. *Iustum in omnibus viis suis*. Psalm 145. comm. 17. & 129. comm. 4. & 119. comm. 137. & *Misericordem in omnibus operibus suis*. Psalm 145. comm. 17. quæ voces hebraice sonant: גדול, טוב, צדיק, חסד.

Solenne etiam epitheton in precibus Deorum erat, illos *Sanctos* invocare. idque non eo, quod se Dii sanxissent, ast quod Sancti, Inviolabiles & Venerabiles essent. Propertius. ita lib. 4. eleg. 10. ad Herculem:

D

SANCTE

50 DE VETER: AC RECENT.

SANCTE *Pater Salve, cui jam favet*
(*aspera Juno.*

SANCTE *velis libro Dexter inesse meo.*

Tibull. lib. 4. eleg. 6. ad Junonem:

At tu, SANCTA, fave, ne quis divel-
(*lat amantes.*

& ita passim Marmora antiqua sonant, uti illud in hortis Carpensibus inscribitur:

SYLVANO. SANCTO.

atque in Ædibus Delfinor:

HERCULI SANCTISS.

&

SANCTISSIMO. HERCULI. INVICTO.

quod apud Græcos exprimunt voces Αἰδοίς⊕ à themate αἰδώς, pudor. & πότνι⊕. sic Hesiodus ΘΕΟΓ. vers. 11. scribit: πότνια Ἥρην, *Venerandam Junonem* & ΕΡΓ. vers. 73. habetur πότνια Παιδὼ *Veneranda Suada*. uti Pallas apud Homerum Iliad. B. παρθένη⊕ αἰδολή vocatur. adde hisce ejusdem Hesiodi versum 256 ΕΡΓ. de Justitia, sonantem:

Ἥ δέ τε παρθένη⊕ ἐστὶ Δίκη, Διὸς ἐκγεγαῖα,
Κυδρή τ' αἰδολή τε θεοῖς οἱ ὄλυμπον ἔχουσιν.

Virgo autem est Justitia, Jove prognata,
Augusta & Veneranda Diis, quæ cælum ha-
(*bent.*

Euripid.

A D O R A T I O N I B U S. 51

Euripid. in Hippolyt. vers. 66. ad Dianam :

Πότνια, πότνια, σεμνотάτα,

Ζητὲς γενέθλον.

*Veneranda, Veneranda, Augustissima
Jovis soboles.*

Callimach. hymn. in Delum, vers. 312.

Πότνια σὸν περὶ βωμὸν ἐγειρομένη κθαερισμῷ.

*Ad citharæ pulsum tua circum altaria Ve-
(neranda.*

sic apud Homerum od. o. Πότνια μήτηρ. & od. E. Πότνια θεά, μή μοι τέδε χάεο legitur.

Idem mos in Judæorum ac Veterum Christianorum invocationibus obtinuit. teste Jesaia. cap. 6. comm. 3. de Serafinis clamantibus : יהוה קדוש קדוש קדוש *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus exercituum* ; à verbo קדש *Sacrari, Sacrum esse.* & Jesaias. cap. 1. comm. 4. de populo Israëlítico exclamat : באצו את קדוש ישראל *Irasci fecerunt Sanctum Israël.* audiemus & Prudentium Cathem. hymn. 2. vers. 67.

Tu REX Eoi fideris,

Vultu sereno inlumina.

Tu, SANCTE, qui tætram picem

Candore tinguis Lacteo,

Ebenoque crystallum facis ;

Delicta terge Livida.

D 2

&c

52 DE VETER: AC RECENT.

& hymn. 3. vers. 96.

*Nos igitur tua, SANCTE, manus
Cespice composuit madido.*

sic Christiana Ecclesia in feriâ quartâ ad nocturnum matutinum canit hoc tempore:

*Te, SANCTE Christe, poscimus;
Ignosce tu criminibus.*

& in eâdem feriâ ad Vesperas,

Cæli Deus SANCTISSIME.

atque rursus Sabbato ad Vesperas,

O PATER SANCTE, mitis atque pie.

per illam tamen vocem non idem semper intelligitur, nam sæpius Dei, sive illorum, quæ recta sunt, puritatem vel constantem immutabilemque voluntatem illa vox denotat; quo respiciunt illa apud Apostolum Petrum epist. i. cap. i. comm. 15. verba: *Secundum eum, qui vocavit vos, SANCTUM, & ipsi in conversatione SANCTI sitis.* sæpius Majestatem illam, quæ summâ in sapientiâ ac potentiâ, summoque in omnia Dominio cernitur, quo fit, ut Deus omni laude cultuque sit dignus. sæpius etiam *Sanctus* idem valet, quod *Magnus, Venerandus, Venerandus.* ita David Ps. 99. comm. 3. *confiteantur nomini tuo MAGNO, quoniam TERRIBILE & SANCTUM est.*

C A-

CAPUT IV.

Ad ipsam Adorationem proceditur. Adorationis varii ordines. antiquissima est, quæ sub Jove fiebat à personis privatis, vel publicis apud Romanos & Græcos, quæ ab Hebræis defluxit. Cain & Abel primi adoratores. Montes & Sylvæ ad orandum sæpius apud Gentiles quærebantur. locus mundus à Persis electus, & templa rejecta, uti à vetterrimis Romanis. Dii in via à viatoribus invocati, & in aliis multis locis. Per personas publicas fiebat interveniente populo. Deorum ex hostium urbibus Evocatio usitatissima. ubi & urbium & exercitus, aliquando etiam hominum devotio fiebat, quæ non Græcis ignota fuit. adoratio Patris Patrati in fœdere feriendo observatissima ambabus Gentibus. ab Hebræis simili modo orationes factæ primis temporibus.

P Rogredior ad ipsam adorationem, id est, preces & vota, quæ nunc sacrificiis præmittebantur, nunc intercedebant jam finem exple-

54 DE VETER: AC RECENT.

nunc sine sacrificiorum oblatione fundebantur ,
 uti Jamblichus lib. 5. scribit, & Plato in Eu-
 thyphrone distinguit. hujus varii ordines oc-
 currunt; antiquissimus vero est, qui *sub Jove*
celebrabatur vel *ab hominibus privatis, vel pu-*
blicis tam apud Romanos, quam Gentes alias. hæc
 religiosa observatio ab mortalium Parente Ada-
 mo ad posteros defluxit, & Cainus ac Abelus pri-
 mi ordinis privati adoratores fuerunt, cum A-
 damus publicum Prophetiæ ac Sacerdotii of-
 ficiū teneret. legas Genes. cap. 4. comm. 3.
 & 4. ubi habetur: *fuit autem post diēs multos,*
quum obtulit Cain de fructu terræ munus Je-
hovæ, & ipse quoque Habel obtulit de primo-
genitis gregis sui & de adipe eorum. Lucos ple-
 ræque Gentes eligebant Lucan. libr. 3. Phar-
 sal. de Celtis.

Lucus erat longo nunquam violatus ab ævo ,
Obscurum cingens connexis aëra ramis ,
Et gelidas alte submotis solibus umbras.
Hunc non ruricolæ Panes nemorumque po-
(tentes
Sylvani Nymphæque tenent, sed barbara
(ritu
Sacra Deum, structæ Sacris feralibus aræ.

Plin. lib. 12. cap. 1. de arboribus inquit: *hæc*
fuere Numinum Tempia, priscoque ritu simpli-
cia rura, etiam nunc Deo præcellentem Arborem
dicant: nec magis auro fulgentia atque ebore
simu-

simulacra, quam lucos, et in iis silentia ipsa adoramus. quod apud antiquos etiam Germanos & Frisiæ Drentiæque incolas viguisse testatur Tacitus lib. de Germ. Pikart. cap. 17. de absconditis Frisiæ Antiquitatibus, & omnium Eru-
ditorum encomiis dignus Ludolfus Smids in libro suo aureo, Schatkamer der Nederland-
sche Oudheden dicto, pag. 36. 37. 38. simile quid refert de Cananitis illorumque accolis S. Scriptura Deutern. cap. 12. comm. 2. ubi Deus inquit: *subvertite omnia loca, in quibus colue-
runt Gentes, quas possessuri estis, Deos suos super Montes excelsos et Colles et subter omne
lignum frondosum.* quam tamen superstitionem, licet Deus hîc prohibeat, Reges postea non-
nulli Judæ & Israël perpetrarunt, ut vide-
re potes 2. Reg. cap. 17. & 1. Reg. cap. 12. ac ipse Jehova in excelsis sacrificari ali-
quando permisit; uti Gideonem sub quercu fecisse legimus cap. 6. Judic. ad quod institu-
tum ita S. Augustinus in lib. Judic. commen-
tatur: *Deus consuetudinem populi sui, qua præ-
ter ejus tabernaculum, tamen non Diis alienis offerebant, sed Domino Deo suo, sustinebat po-
tius, quam vetabat, etiam sic exaudiens offe-
rentes.* ipse Abraham in monte Moriæ, Dei præcepto instigatus, sacrificavit, ut habetur Genes. 22. comm. 5. quod & aliæ Gentes secutæ sunt, montium cacumina ascendentes. testis de Dacis est Pap. Statius lib. 3. sylv. 3. vers.
169. D 4 Hæc

Hæc est, quæ victis parcentia fœdera Cat-
(iis,
Quæque suum Dacis donat Clementia Mon-
(tem.

& lib. 2. sylv. 2. vers. 82.

— *Tu tardum in fœdera Montem*
Longo Marte domas.

scribit in Bithyniacis Arrianus, adoratores in montibus absque templis Jovem Pappam salutare, & Pausaniâ autore in Corinthiacis, nec Sicyonii ullum fanum Coronidi Deæ suæ erigebant. tradit & Strabo Geogr. libr. 7, ac 15. veteribus Getis atque Indis eandem consuetudinem fuisse; ita ut merito Arnobius adv. gent. lib. 5. exclamet: *non omnibus Diis templa devota*. Persæ imprimis, cum Diis omnia patere,

— *Atque ire per omnes*
Terrasque tractusque Maris Cælumque pro-
(fundum

crederent, Græcos maxime criminabantur, quod parietibus includerent. Herodot. lib. 1. *Persæ Sacrificaturi nec aras erigunt, ut quisque Divis Sacras facere statuit, in locum mundum victimam sistens, Deum illum implorat.* nec non Strabo lib. 15. Πέρσαι τοίνυν ἀγάλματα καὶ βωμὰς ἔχουσιν ἰδρύονταί, θύουσιν δὲ ἐν ὑψηλῷ τόπῳ.
Persæ

7
o
n
r-
de
3.
ur-
dei
et
id-
diis
vel
ans
ori-
e in
fic
hâ è

ION.

unque
ram.

oren-
ciniaë
apud
eteres
Char-
um, ar-
nicula-
tum



Persæ nec aras nec statuas erigunt, in loco tamen excelso sacrificant. unde in Græciam cum ingenti & numerofo exercitu irrumpentes, omnia Deorum templa vastarunt. qua de re illos Diis hominibusque invisos vocat in 3. verrin. Asconius; & ipsi Romani, uti M. Varro apud D. Augustinum lib. 4. de Civit. Dei cap. 36. testatur: *annis plus quam centum et Septuaginta Deos sine simulacris coluerunt, idque ex instituto Numæ, qui, licet templa Diis erexerit, nullum tamen unquam simulacrum vel fictum vel pictum admisit, nefas esse judicans deterioribus meliora assimilare.* Et si posterioribus ævis Templum erectum sit, plerumque in Montibus ac Sylvis videmus ædificatum. sic Apollonius Rh. lib. 4. vers. 1714. de unâ è Sporadibus Insula.

—— τοι δ' ἄγλαόν Απόλλωνι

ΑΛΣΕΙ ἐν σκοιερῶ τέλει σκιοέντα τέ ΒΩΜΟΝ.

—— *Illi igitur Pulchrum Apollini*

*Umbroso in luco sacellum, umbrosamque
(faciebant aram.*

&, ut de templo Dianæ Aricinæ Nemorensis apud Ovidium & Strabonem, & Lacinia Junonis, quod sex millia Crotone aberat, apud Livium lib. 24. cap. 3. fileam, nummi veteres hoc probant, ac eleganter sane tabella ex Charitatio desumpta, ubi deæ Pomonæ Templum, arboribus confitum, inque ejus limine geniculatum

D 5

tum

58 DE VETER AC RECENT.

tum supplicem videmus. Usitatissimum quoque Veteribus fuit in viis adorare. Orph. Argon. vers. 449.

Ἄκρης ἐκ σκοπιῆς, ὃ γέρων ἀνὰ χεῖρας αἰείρον
Φιλλυρίδης ἤρξατο, θεὸς δ' ἐπεκέκλετο πάντας.
Alta ex specula senex in altum manum ele-

(vans,
Phillirides precatus est, Deosque invocavit
(omnes.

apud Livium 3. decad. lib. 9. Scipio classes navalesque copias lustrans, inquit è prætoria navē, silentio per Præconem factō : *Dii Deæque, qui maria terrasque colitis, vos precor, quæsoque, quæ in meo imperio gesta sunt, geruntur, postque gerentur, ea mihi Populo Plebique Romanæ, Sociis, nominique Latino, qui Populi Romani, quique meam sectam, imperium, auspiciūque, terra, mari, omnibusque sequuntur, bene vertant.* Virgil. libr. 3. æncid. vers. 79.

Egressi veneramur Apollinis urbem.

& vers. 84.

Templa Dei, Saxo venerabar structa ve-
(tusto.

nec non Ovid. lib. 3. metam.

Cadmus agit grates, peregrinæque oscula
(terræ
Figit, et Ignotos Montes, Agrosque salutat.
id-

idque ipsis quoque Hebræis observatum fuisse, notatur Deutern. 4. comm. 19 his verbis: *ne forte eleves oculos tuos in cælos et videas solem ac lunam ac stellas cum universo exercitu Cælorum, et impulsus adores atque colas ea.* atque Job. 31. comm. 26. 27. & 28. *si aspiciendo lucem, quum splenderet, aut lunam, pretiosum ambiens plectus est in occulto animus meus, et osculatum est os meum, et manus mea. etiam hoc fuisset iniquitas à iudicibus animadvertenda: nam abnegassem Deum fortem supernæ.*

Per publicas vero personas adorabatur inter-ventu populi, quemadmodum fiebat in Evocatione Deorum tutelarium ex hostium urbibus, ubi intervenientibus militibus coram obsessâ urbe Imperatoris iussu Sacerdotes Deos evocabant, cum absque hac evocatione urbem capi non posse crederent Romani, vel, si posset capi, nefas haberent Deos captivos tenere, uti optime refert Macrobius Satur. lib. 3. cap. 9. quo sensu etiam Arnobius scribit: *ista non prima et maxima contumelia est habitationibus Deos habere distriktos.* Comitabatur interdum Evocatio à Devotione Urbium, Exercitûsve, quæ ad plurimum ab Imperatore vel dictatore, interdum à Prætore vel Consule peragebatur. quo casu ille, qui devovebat, manibus terram tangebatur, inquiens: *Tellus Mater, & manus ad cælum tollebat, exclamans: Teque Jupiter*
Ob-

60 DE VETER: AC RECENT.

Obtestor, ac manibus pectus tenebat, vociferans: *Votum Recipere*.

Privati homines aliquando sese in castris devovebant. exemplum sunt duo Decii pater ac filius, in quorum devotione Sacerdos vel Pontifex præibat verba, quibus se pro Legionibus voverent, jubebatque togas prætextas sumere ac velato capite, manu subter togam ad mentum exerta, super pedibus subjectum telum stare. uti videre possis apud Livium lib. 8. neque hoc Romanisolum, sed & Græci observarunt. Codrum enim pro Atheniensibus, Menæceum pro Thebis, & Anchurum pro Cælænæis sese devovisse cuivis notum est.

Apud Romanos ceterum ac Græcos, sed diversis verbis, in fœdere feriendo Dii invocantur, testibus Homer. Iliad. 1. & Liv. 1. decad. lib. 1. atque apud hos, ad fines hostium cum venisset Pater Patratus, qui exigebatur ad sancendum Juramentum, ubi Fæciales de fœdere convenerant, capite velato filo, *audi*, dicebat, *Juppiter: audite fines, cujuscunque sint, numina audiant fas, ego sum publicus nuntius P. R., pie justeque legatus venio, verbis meis fides sit.*

Publico etiam modo Adamus, (nusquam enim ante erectionem Tabernaculi in Deserto constitutus erat adorandi locus.) Deum invocavit ut Propheta ac Sacerdos, ac sæpius uxori increpationem & promissionem sibi factam

ADORATIONIBUS. 61

tam iteravit & exposuit ; ut & liberis suis, eosque genuinum Dei cultum docuit Genes. 2. comm. 23. 1 Corinth. 8. comm. 8. & Ephes. 5. comm. 31. nec inepte Hebraei Interpretes Adami Sacerdotium ex eo conficiunt, quod Genes. 4. comm. 3. & 4. dicuntur Cain atque Abel adduxisse (ita enim proprie sonat verbum Hebraicum) sua Sacrificia, Sacrificia ea ad Patrem Adamum adducta, ut ille ea Domino offerret, ad eum scilicet locum, quem ei rei destinaverat ex Dei Præscripto Adamus. eodem prorsus modo Noachus Genes. 8. comm. 20. Abrahamus Genes. 22. comm. 5, 7, 9. & 13. Isaacus Genes. 26. comm. 24. & 25. Jacobus Genes. 35. comm. 1, 2, & 3. ac ipse Moses, (antequam consecratus erat Aharon, apud populum sacerdotio functus est, uti colligere possis ex cap. 19. comm. 22. & 24 Exod.) Sacra Deo Altaria erexerunt, ad quæ Dei nomen invocarunt, atque universum Dei cultum celebrarunt, qui sub nomine orationis & invocationis nominis Dei occurrunt, ut & adorationis. Posteriori tempore David per Prophetam Gadem, qui secum coram Saulo fugerat, Deum consuluit an contra Pelischthæos iret, uti habetur, 1 Sam. 23. comm. 2. & 4: *Consuluit David Jehovah, dicendo, an iturus sum & percussurus Pelischthæos illos. cumque iterum consuluit David Jehovah, respondit Jehova ei, dicens, surge, descende*

62 DE VETER: AC RECENT.

descende Kebilam, quia ego illico traditurus sum Pelischtæos in manum tuam.

Uti vero apud Veteres Gentes variæ templa spreverunt, sic in hunc diem Incolæ Guineæ, quæ Nigritarum regio est, Intulæque Sokotoræ in Africâ, templa abnegantes, lucos ad sacrificandum, orandum seligunt. V. le Blanc. lib. 2. cap. 20. de Guineæ populis: *sacrificant, (scribit) in lucis, ubi permagnas & concavas arbores pro templis, in quibus plures Deos concludunt, eligunt.* & O Dapper in Africæ descriptione pag. 355 de Nigritis ait: *salutant ortum novilunii maximo clamore, salutant vario adorationum genere: Sacrificia in Sylvis peragunt, ubi magnæ ac concavæ arbores reperiuntur, quas loco templorum adeunt.* idem fere de quibusdam Finnis, subjectis partim Regi Sueciæ, partim Moscoviæ Imperatori, annotat Carolinus in libro de hodiern. Gentil. part. 3. cap. 1. multis verbis & Hospinianus lib. 1. de Origin. templor. perversam Anabaptistarum sententiam de non struendis templis, structisque destrûendis illudit & enervat.

CA-

CAPUT V.

Adoratio in templis *recentior*. publica & privata. *publica* Interveniēte Sacerdote. *privata* absque vel cum Pontifice *siebat apud omnes fere Gentes, & non raro voce clarâ ad ostentationem. templa apud Ægyptios & Indos meretricum contubernia facta. apud hodiernas etiam Gentes templa Domus precationum habentur, non tamen superstitiosâ observatione, cum Dei præsentiam ubique credunt. sacerdotum officium primum preces concipere, quod & Hebræis veteribus in usu, est maxime Ægyptiis. Magi eorum Philosophi & Sacerdotes. eorum autoritas & munus.*

Antiquissimo ergo tempore Adoratio sub Dio facta est; posterioribus vero diebus *in Templis celebrata*, utpote quæ Deorum diversoria haberentur, ad quæ Dei ipsi, precibus ac hominum votis exorati, divertere quodammodo soliti putantur, de quorum origine luculenter Hospinianus singulari libro tractavit, & fuit hōc loco religio *publica ac privata.*
illa

64 DE VETER: AC RECENT.

Illa quidem interveniente populo fiebat certis & constitutis diebus præeunte Pontifice. Cicero in Catilin. 3. *quamobrem Quirites quoniam ad omnia pulvinaria supplicatio decreta est, celebratote Dies cum conjugibus & liberis vestris.* nec non Athenæus libr. 4. Dipnosoph. cap. 13 de Naucraticis memorans, moris apud ipsos fuisse, quoties convenirent ad festi cujusdam epulas solennes, scribit: *ἵπανίσσθαι εἰς γόνατά τῃ ἱεροκλήνῃ & ταῖς πατρίσις εὐχὰς κατὰ λέγοντι.* *assurgere in genua & una cum Sacro Præcone libantes patriis consuetisque precibus Diis supplicare.* Hæc autem cunctis diebus & dierum horis pro cujusque lubitu absque Sacerdotis auxilio per quemcunque peragebatur, aut cum Sacerdote, verba & preces adorantium concipiente. ad primum modum spectat oratio Polyæni apud Petronium edit. Gallic. Nodotianæ tom. 2. pag. 178. *Priapum igitur exoraturus egredior, & utut res sese haberet, spem vultu simulavi, positoque in limine genu, sic deprecatus sum versu numina.* optime & locus est Plautinianus in Rudent. act. 3. scen. 3. ubi duæ mulieres in Veneris fano aram amplexantes precantur:

— *Et Venus Alma, ambæ te obsecramus.
Aram amplexantes hanc tuam lacrymantes,
(genibus nixæ,
Nos in custodiam tuam ut recipias, & tutere.*

fic

fic Senec. Herc. fur. act. 4. vers. 927.

———— *Ipsæ concipiam preces
Fove meque dignas.*

idem Græcis usitatum probant nūnciī verba
apud Senecam in Thyest. act. 4. vers. 690.

*Ipsæ est Sacerdos. ipsæ funestâ prece
Letale carmen ore violento canit.*

& Ægyptiis Herodoti illa lib. 1. morem Ba-
byloniarum mulierum, quæ semel in vitâ in Ve-
neris templo desidebant, ut cum viris externis
consuetudinem haberent, declarantia. verba sunt:
*hospitem autem, qui pecuniam obtulit, dicere
oportet, ego tibi Deam Mylittam imploro.* si-
mile de priscis Indis testatur Philostratus, in
vita Apollonii, inquit: *post hæc in aquam
se se projicientes lavère, lotique ad templum ac-
cesserunt coronati.* de Judæis habetur Judic. 20.
*omnes filii Israël venerunt in domum Dei, &
sedentes flebant coram Domino.* idem Indi in
hunc diem, ast non Hebræi observant, qui
cum Christianis, quorum Patres sine alicujus
præmissis verbis de pectore orabant, teste Ter-
tulliano in Apolog. nunquam sine Monitore
publice precantur. Imo Turcæ, Arabes, Per-
sæ, Japonæ, omnesque fere hujus ævi homines
templa adeunt, licet non gratiores esse Numini
preces credant, quæ in templa funduntur.

E

nam,

66 DE VETER: AC RECENŦ.

nam, uti Menander apud Justinum de Monarchia Dei pag. 109. inquit,

———— Πάντ' ἐς τὸ καλῶ λόγῳ
Ἰερὸν ὁ νοῦς γὰρ ἐστὶν ὁ λαλῶσα Θεῷ.

———— *Omnia sunt rectæ Rationi*
Templum, mens enimeſt, quæ Deum allo-
(quitur.

Sed redeamus ad alterum *adorationis privatæ in templis* modum, cum hōc loco Sacerdos verba conciperet, quod præcipuum Sacerdotum officium fuiſſe videtur. ita apud Hebræos veteres legimus, Reges, antequam bellum vel aliam quampiam rem magni momenti aggrediebantur, cum Pontifice maximo Sanctum Sanctorum introiſſe, perque eum conſuluiſſe Deum de eventu futurorum. vide 2. Sam. 5. comm. 19. *conſuluerat David Jehovah, dicendo: an aſcenſurus contra Philiſtæos? an traditurus es eos in manum meam?* inter Græcos Simonides apud Athenæum Dipnoſoph. lib. 13. canit:

Αἶδ' ὑπερῆλλάνων καὶ δ' θυμάρχων πολιητῶν
Εἰσάδειν δ' ἔχειται Κύπριδι δαίμονια.

His data cura fuit fundendi vota precesque
Cypridi pro Grajis civibus & validis.

ſcribit Dionyſius lib. 2, *Pontifices de omnibus cauſis, ad ſacra pertinentibus, indicant, tam inter Magiſtratus ſacrificos, quam inter homi-*
nes

nes privatos. ac rursus cap. 75. à profano etiam
 & imperito vulgo consuluntur de cultu Deorum
 atque Geniorum, aliisque religionibus; quod si
 quem animadvertant præscripta sua contemnere;
 eum mulctant pro delicti magnitudine. eumque
 morem apud Romanos viguisse omnes vetusti
 Scriptores testantur. Juvenalis Satyr. 6. vers.
 390. de quadem nobili muliere scribit; quod

— *Stetit ante aram; nec turpe putavit
 Pro cithara velare caput: dictataque verba
 Pertulit, ut mos est.*

hic & apud Ovidium legimus lib. 7. metam.

*Admoti quoties templis dum vota Sacerdos
 Concipit.*

nec non apud Statium Theb. lib. 7. vers. 1004
 ad Martem;

— *At si Bæotia ferro
 Vertere tecta dabis, magnis tunc dignior
 (aris
 Tunc Deus. Inachias nec tantum culta per
 (urbes
 Numina, captivis etiam jurabere Thebis.
 Dux ea pro cunctis, eadem sibi quisque vo-
 (vebat.*

fatur eloquentissimus Cicero lib. 2. de L. L.
 quoque hæc privatim & publice modo rituque
 E 2 fiant;

68 DE VETER: AC RECENT.

fiant, discunto Ignari à publicis Sacerdotibus. ubi Adr. Turnebus commentatur: *ne quis sine Sacerdotibus religioni publicæ privatæque satisfacere se posse putet: itaque sacrificandi ritum Ignarus discat.* similem ritum pleræque Gentes hodiernæ observant. scribit autem E. Melton in itinerrario suo per Indiam Occidentalem tom. 2. cap. 1. de Caribanis: *Deorum invocatio nunquam, nisi interveniente Sacerdote, rite fiebat.* Nec minor autoritas Druidarum apud Germanos & veteres Gallos erat. de quibus Flacius: *Druidæ rebus divinis intersunt, sacrificia publica & privata procurant, religiones interpretantur.* & lib. 6. B. Gall. *ad ministris ad sacrificia Druidibus utuntur.* & ibid. Diodorus: *mos illis est sacra nulla sine philosopho peragere.* sacrificales illorum ritus nobis ita suggerit Plinius inquireris: *tum demum victimas immolant; precantes, ut suum donum Deus prosperum faciat iis, quibus dederit.* testantur & Acosta, Cieza & Gomara in Historiis & Itinerariis suis per Americam Peruanos Sacerdotes suos tanti facere, ut nihil sine illorum consilio agitur rebus Divinis vel humanis, nullumque præter Sacerdotes, & quidem albâ veste recinctos, ad Deos adire precarique. Neque in Orientali Indiâ Mahomethani publicam religionem exercent, neque preces fundunt, nisi Sacerdotes, quos Mollas vocitant, preces inchoaverint, quas verbotenus repetere debent, quod

quod & apud Christianos in usu est. nullibi magis proprium munus Sacerdotum fuit, apud Deos præire populo, quam apud Persas. ubi piaculum erat aras adire, vel hostiam contrectare, antequam Magus conceptis precationibus libamenta diffunderet, quæ sacrificio viam præirent. Laërt. initio lib. 1. Τὸς μάγους οὐκ ἐπὶ τῆς θείας διαξίβειν, ἀλλ' ἐν θυσιῇ καὶ δόχαις ὡς αὐτοὺς μόνους ἀκούμενους. Ἀσκεῖν γὰρ καὶ μαντικὴν. id est, *Magi operam ponebant in cultu Deorum, ἐν sacrificiis, ἐν precibus ac votis, quasi soli ex omnibus à Diis exaudirentur.* meminit & cujusdam sacrificii Pausanias in Eliacis, in quo Magus ligna ficca in aram ingerens primum quidem tiaram capiti imponit, Deumque aliquem barbara voce vocat, ex libro preces recitans. verba sunt: Ἀνὴρ μάγος ἐπάδει δὴπλεγέμενος ἐκ βιβλίου. Strabo etiam. lib. 15. Indorum ait Φιλοσόφος ὑφηγεῖσθαι βασιλεύσει τὰ οὐκ ἐν τῇ θεῷ, ὡς τὸς μάγους τοῖς πέρσαις. *Regibus præscribere cultum Deorum, ut Magos Persis.* quod officium Sacerdotis optime ex incisus & infra ostensis marmoribus ac nummis probatur.

CAPUT VI.

Adorationis quinque species recitatæ. Salutatio matutinis horis proprie exercebatur. à Salutandi patronos consuetudine Romana defluxit. Laudatio circa Deorum potestates & beneficia versabatur. Scaligeri commentaria in Tibullum laudata. Petitorix preces ad præstandum auxilium vel avertenda mala. honestæ Laconum & Platonis preces, ac turpissimæ plurium enumerantur. Vota, quæ, quanta, & qualia. ipsis Hebræis nota. Gratiarum actio pro acceptis beneficiis reddita, ubique Gentium observata.

Adoratio autem quinque species habere mihi videtur, *Salutationes* scilicet, *Laudationes*, *Preces Petitorias ac Votivas*, seu *Vota*, & *Gratiarum Actiones*. *Salutatio*, quam Etymographi à verbo *Saluto*, idque à voce *Salus* derivant, præter alias significationes Adorationem notat & quidem matutinam, ex salutandi Patronos consuetudine ortam apud Romanos, summo enim mane Salutatores ad templi fores sedebant stabantque, donec intrmitterentur. Apulejo Miles. 11. pag. 259.

matu-

ADORATIONIBUS. 71

matutinæ Salutationes dicuntur. Et illico, scribit, Deæ matutinis perfectis Salutationibus. egregie Seneca Epist. 95. inquit: Vetemus Salutationibus matutinis fungi, & foribus assidere templorum, humana ambitio istis officiis capitur. canit Prudentius Perist. Hymn. 4. vers. 189.

— Mane Salutatum concurritur.

adde verba Arnobii lib. 7. quid sibi, scribit, volunt excitationes illæ, quas canitis matutini collatis ad tibiam vocibus? obdormiscunt enim superi, remeare ut ad vigilias debeant, quibus dormitiones illæ, quibus bene ut valeant auspicabili Salutatione mandatis?

Laudationes sunt preces illæ, quibus Deorum potestates, & munera celebrabant Veteres. Horatius in Carmine Sæculari.

*Doctus & Phæbi chorus & Dianæ
Dicere laudes.*

Ovid. lib. 2. fast.

Et cantant laudes, Termine SANCTE,
(tuas.

neq non Tibullus lib. 1. eleg. 3. vers. 30.

*Et mea votivas persolvens Delia noctes,
Ante sacras lino tecta fores sedeat,
Bisque die resoluta comas tibi DICERE LAU-*
(DES

Insignis turba debeat in Pharia.

E 4

quo

72 DE VETER: AC RECENT.

quo loco eleganter Litteratorum princeps Scalliger refert: *bis die dicere laudes Isidi consuevisse veteres, sciendum scilicet prima hora Sacerdotes ejus templum aperire solebant, idque apertio vocabatur, deinde salutabant Deam, quod Salutatio, excitatio, post totum diem stipem mandicabant, inde ad octavam redibant, Deam componebant, templum claudebant.* hoc igitur (inquit) est *bis die Deæ laudes canere, & mane cum Salutatur Dea, & hora octavâ, cum templum clauderetur.* insuper & lex 12 tabb. laudes Diis agendas præcipit: *Divos, & eos qui Coelestes semper habiti, colunt; illos, quos in coelum merita vocaverunt, Herculem, Liberum, Æsculapium, Castorem, Pollucem, Quirinum, & Illa, propter quæ datur hujusmodi adscensus in coelum: Mentem, Virtutem, Pietatem, Fidem; earum laudum delubra sunt.* & simili modo apud Hebræos Sacra Eucharistica erant, עֲרֹחַ dicta. ita tamen, ut & ad Dei Gratiam impetrandam sæpe fiebant. hæque laudes his fere verbis constabant juxta Sigonium de Rep. Hebræor. libr. 4. cap. 9. *confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericors.*

Petitorie preces Deorum favorem implorabant, vel ad præstandum auxilium vel ad avertenda incommoda. Cic in Catilin: *Deos, (scribit) immortales Precari, Venerari atque Implorare debetis, ut urbem defendant.* & Horat. lib. 1. carm. od. 31,

At

— *At precor integra
Cum mente, nec turpem senectam
Degere, nec cithara carentem.*

& hæ verissimæ illæ bonæ preces veterum mihi videntur, de quibus Cato cap. 134. de Re Rustic. & Ovidius lib. 3. eleg. 13. loquuntur. parum enim credebant valere, si mens ægrotet, ast orandum esse, ut mens sana sit in corpore sano. unde Seneca epist. 41. scribit: *facis rem optimam & tibi salutarem, si, ut scribis, perseveras ire ad bonam mentem, quam stultum est optare, cum possis à te impetrare.* hinc Propertius lib. 3. eleg. 23. canit:

*Mens bona, si qua Dea es, tuam me in sa-
(craria condo.*

eleganter sane Plato :

Ζεῦ βασιλεῦ τὰ μὲν ἐλθεῖν καὶ εὐχομῆσιν καὶ ἀνδύσιν,
Ἀμμι δὶδῶ τὰ γ' δεῖνὰ καὶ εὐχομῆσιν ἀπαλέξοις.
*Jupiter o nobis, taceamus sive precemur,
Da bona : quæ mala sunt errore petentibus*
(arce.

& teste Ubb. Emmio in descriptione Republicæ Laconum, solenne Spartanis erat, cum illorum fortuna adhuc staret, precari Deos, ut bene honesteque agentibus bona, & honestis actionibus digna sibi contingerent. quare Aufonius in Parecb. canit:

E 5

Pia

74 DE VETER: AC RECENT.

*Pia verba, vota innoxia
Rei Divinae copia est.*

quæ *aperta* Persius vocat, de quibus infra agendi erit locus. sæpius enim res impias petebant, quâ de re Satyr. 2. vers. 9, idem canit:

Illâ sibi introrsum, & sub linguâ immur-
(*murat; o si*
Ebullit patrui præclarum funus! & o si
Sub raistro crepet argenti mihi seria dextro
Hercule! pupillumve utinam, quem proxi-
(*mus hæres*
Impello, expungam! namque est scabiosus
(*& acri*
Bile tumet.

vel, si non impias, certe frivolas, ac ipsis polcentibus sæpe nocituras. uti eadem Satyrâ vers. 21 eleganter Idem in hisce canit:

Hoc igitur, quo tu Jovis aurem impellere
(*tentas,*
Dic, agetum Staio: pro Juppiter o bone!
(*clamet*
Juppiter! at sese non clamet Juppiter ipse?

audi & Senecam epist. 10. *nunc* (scribît) *quantâ est dementia hominum? turpissima vota Diis insusurrant: si quis admoverit aurem conticescent, & quod scire hominem nolunt, Deo narrant. & rursus Epist. 60. etiamnum optas, quod tibi optavit*

ADORATIONIBUS. 77

tavit nutrix tua, aut pædagogus, aut mater, nonne intelligis, quantum mali optaverunt? o quam inimica sunt nobis vota nostrorum, equidem inimiciora, quo cessere felicius! jam non admiror, si omnia nos à primâ pueritiâ mala sequuntur, inter execrationes parentum crevimus, quam in rem elegans emblemata Hadr: Junii exstat, inscriptum Improbe Deum fatigamus, votis ut nostris serviat. & sub effigie trium templorum ac inclusarum statuarum Victoriæ, Martis & Apollinis legimus;

*Latoïden Cadmæa Tyros devinxerat auro:
Gradivum tenuit compede sparta gravem.
Præpete privarunt penna Victoriâ Athenæ,
Quisque suis votis cogit adesse Deum.*

Maximè vero *ευχαρίσ* Veteres bona adprecabantur; veluti Parentes in filiarum nuptiis, Sponsi in suis ipsis, uti & Deorum favorem in puerperio, Adoptione, Militiâ, Peregrinatione, Mercaturâ, Agriculturâ, multisque aliis rebus expetebant Antiqui, de quibus Post tractâmus. *Αὐτὸς ευχαρίσ* mala deprecabantur. sic Silius Italicus. lib. 9. canit:

—— Sed dira avertite Divi.

& libr. 10. Livius scribit: *averruncandorum prodigiorum causa supplicationes in biduum Senatus decrevit.* uti pro siccitate avertendâ Judæi

76 DE VETER: AC RECENT.

dæi aquam libabant. R. Levi Ben Gersom 2. Sam. 23. comm. 16. & Germani Deo Thor singuli hebdomadis quintâ feriâ, ut tonitru, fulmen ac grandinem averteret, sacrificabant, referente Erico Olao hist. Suec. 1. Sed jam ad *Vota*, quæ in eo tantum à petitoriis precibus differunt, quod Deos auxiliores vel depulsores mali pollicitis donis quibusdam obligare haberentur ad exaudiendum petita; Votum enim est promissio, facta Diis pro obtinendo quopiam beneficio cum firmitate aliquâ & obligatione ad illud, quod prius erat liberum agere. ita apud Herodotum lib. 2. Ladice Amasis uxor vovit Veneri, si ea nocte secum coiret Amasis, statuam Cyrenas se illi missuram, atque apud Virgilium Æneas Veneri votum facit his verbis. lib. 1. æneid.

*Multa tibi ante aras nostra cadet hostia
(dextra.*

hinc Inscriptiones antiquæ de factis votis, & apud Reinesium legitur Inscript. 88.

D. M.
MARTINI.
SILVINI.
F.
CRISPINI.
AVITI. LIB.
M. V. F.

Ubi

ADORATIONIBUS. 77

Ubi vero VOTA concepissent. Veteres, CONCEPTA TABELLIS INSCRIBEBANT. Festus. *Vota Nuncupata dicuntur; quæ Coss. Prætores, cum in Provinciam proficiscuntur, faciunt; ea in Tabulas præsentibus multis referuntur. ita conscripta SIGNABANT.* Plin. lib. 10. ad Trajanum, epist. 44. *solennia vota pro incolumitate tua, quia publica salus continetur, & suscepimus, Domine, pariter, & solvimus, precati Deos, ut velint ea semper SOLVI, semperque SIGNARI.* Obsignata AFFIGEBANT Deorum Statuis. Apulejus in Apologia, *Votum in alicujus statuæ femore ASSIGNASTI. igitur magus es. aut cur ASSIGNASTI?* Deorum vero GENIBUS plerumque TABELLA AFFIGEBATUR CERA, uti eleganter vetus Interpres Juvenalis ad illud Satyræ nonæ, *quando ego figam aliquid*, observavit, inquiens: *In CERIS Vota figuntur apud templa.* & ipse Juvenalis Sat. 10. dictitavit:

Propter quæ fas est GENUA Incerare Deo-
(ram.

& continebantur hisce tabellis non solum Vota sed etiam Mercedes, quas Diis soluturos se vovebant, si voti compotes fierent. sic Appianus in medio pugnae discrimine precatur apud Livium lib. 10: *Bellona, si hodie nobis VICTORIAM DUIS, ast ego TEMPLUM TIBI VOVEO.* Quando autem votorum compotes facti essent.

TABEL-

78 DE VETER: AC RECENT.

TABELLAS SOLVEBANT, id est, lacerabant ac Diis ea, quæ promiserant, reddebant. Manilius lib. 5.

Araque Cœlestum, cui VOTA RESOLVIT
(*Olympus.*)

atque ita *Votum Solvere* dicebantur. sic Inscriptio vetus apud Reinesium Claf. Prim. pag. 23.

JOVI. O. M.
TETTIUS. BIVVO.
PRO. SALUTE.
PETRONII. MERULÆ.
P. PETRONII. F.
V. S.

plerumque tamen LUBENS MERITO addebatur; uti ibid. pag. 111. Inscriptio 70. habet.

HERCULI. LARTIUS.
QUINTULUS. EX VOTO.
V. S. L. M.

atque huc etiam pertinent apud Judæos Davidis Psalm. 56. comm. 12. 13. & Absolomi vota 2. Sam. 15. comm. 7. 8. hæc enim apud Judæos viguisse præter allata loca nos docent Levit. 7. *Si voto vel sponte quis obtulerit.*
hostiam.

ADORATIONIBUS. 79

*hostiam. Cap. 22. qui obtulerit oblationem suam, vel vota solvens, vel sponte offerens & 2. Reg. cap. 8. Vadam & reddam vota mea, quæ vovi Domino in Hebron. Restant Gratiarum Actiones pro acceptis beneficiis, depulsisque omnibus vel periculis, quæ Græcis *Χαρίσματα* dicebantur, quibus animum pium & gratum ostendere studebant, quâ de re exempla apud veteres scriptores plurima, & Propert. libr. 2. eleg. 9.*

*Has pono ante tuam tibi Diva Propertius
(ædem
Exuvias, totâ nocte receptus amans.*

ita Triumphator apud Romanos, cum in Capitolium venisset, precabatur: GRATIAS TIBI JUPITER OPTIME MAXIME TIBIQUE JUNONI REGINÆ ET CETERIS HUIUS CUSTODIBUS HABITATIONIBUSQUE ARCIS DII, LUBENS LÆTUSQUE AGO, RE ROMANA IN HANC DIEM ET HORAM PER MANUS QUOD VOLUISTI MEAS SERVATA, BENE GESTAQUE EANDEM ET SERVATE UT FACITIS, FOVE TE, PROTEGITE, PROPITATE, SUPPLEX ORO.

Ovid. lib. 3. Metam.

*Cadmus agit grates, peregrinæque oscula
(terræ
Figit, & ignotos montes, agrosque salutat.*

& in

80 DE VETER: AC RECENT.

& in Inscriptione quadam Romanâ legimus:
 JOVI. SOLI. INVICTO. SERAPIDI. T.
 AELIUS. ANTIPATER. PROC. AUGG.
 CUM. UMBRICIA. BASSA. CONJUGE.
 GRATIAS. AGENTES. POSUERUNT.
 atque alibi. MINERVAE. MEMORI. COE-
 LIA. JULIANA. INDULGENTIA. ME-
 DICINARUM. EJUS. INFIRMITATE.
 GRAVI. LIBERATA. D. P. atque ita, ubi
 Imbres quievissent, diluviumque Deus terris
 arcuisset, Noah pro sui & suorum conserva-
 tione suaveolenti Sacrificio Grates Deo re-
 fert Genes. cap. 8. comm. 20. & Christiani,
 ut pro aliis beneficiis, etiam cum Prudentio
 Cathemer. lib. hymn. 4. aiunt:

*Pastis visceribus, ciboque sumto,
 Quem lex Corporis imbecilla postit,
 Laudem lingua Deo Patri rependat.*

C A-

CAPUT VII.

Variis Elogiis Dii invocati. Multiloquium Judæorum notatum, ad Turcas translatum, à Romanis Græcisque ad plurimum observabatur. Numerus Ternarius in sacris sapissime usurpatus. πολυωνομία apud Gentiles in precibus solennissima. ex formidine, ne Deos parum grato nomine invocarent, sis quocunque nomine, precabantur; numinum vero sexum ignorantes, sive Deus sive Dea vel quisquis es, dicebant. Jupiter mas & fœmina nominatus, & invocatus.

PLurimis autem congestis verbis precabantur teste fidissimo Christo Matth. 6. comm. 7. *Et quum oratis, ne sitis MULTILOQUI, sicut profani: putant enim, quod IN LOQUACITATE MULTA exaudiuntur.* cujus exemplum I. Reg. 18. comm. 26 apparet in continuâ Sacerdotum Bahalis invocatione. verba sunt: *quumque invocassent nomen Bahalis à mane usque ad meridiem, dicendo, o Bahal, exaudi nos.* de Turcarum more precandi ita in Itinerar. Hierosolym. Johan. Cotovicus cap. 5. F est

est autem orationis, quam sæpiissime iterant, hæc communis forma: In nomine Misericordis Dei: sit laus Deo in æternum, Regi seculorum supremo, propitiatori, & pio Regi Iudicii. serviamus igitur illi, quia adjuvabimur. dirige nos in viam o Deus, & in semitam eorum, in quibus tibi complacuiſti, & quibus non irasceris; & nequaquam errabimus. & inferius: nonnulli tantâ festinatione, (quia inter se certant) & clamore La illah, Illa allah, repetunt, ut verba illa proferre amplius nequeunt, vociferationem verbo Hou, nomen Dei denotante, terminent. ac paulo post: atque hunc clamorem in tantum protrahunt, ut nimio quandoque clamore consternati ac fessi, spumam alii ex ore emittant, alii ob vim sibi clamoribus illatam facie nigrescant, & velut semimortui in terram labantur, id sibi persuasum scilicet habentes negligenter orantium defectus, & errores repetitione hæc plurima corrigi, & suppleri. de repetitione precis apud Antiquos Horatius canit:

Quæ laborantes utero puellas.

TER VOCATA audis.

audiamus Arnobium lib. 1. pag. 29: *cum Æsculapium ipsum, scribit, datorem, ut prædicant, sanitatis, quoad illis superfuit vita, & precibus Fatigarent & invitarent miserrimis votis. quod Fatigandi verbum optime magnam illam pompam verborum, in precibus usitatam*
ex-

ADORATIONIBUS. 83
exprimit. sic Horat. Carm. libr. 1. od. 2.
vers. 26.

—— *Prece qua Fatigent
Virgines Sanctæ minus audientem
Carmina Vestam.*

ita ut Deam, quamlibet offensam, assiduitate
flectant. quale quidpiam velle videtur, de Vestâ
loquens apud Ciceronem, Ennius

*Quamquam multa manus ad cæli cæcula
(templa
Tendebam lacrymans.*

scribit & Tacitus histor. libr. 1. cap. 29. in
princ. *Ignarus interim Galba, & Sacris inten-*
tus, Fatigabat alieni jam imperii Deos. & Per-
sius Satyr. 2. vers. 3.

—— *Non tu prece poscis emaci.*

hoc est, tali oratione, quæ toties repetenda
fuit, & tam assidue ac λιπαρῶς καὶ εκτενῶς fa-
cienda, ut hoc ipsum pretii loco censeri
possit. apud Lucianum in Saturnal. Sacer-
dos inquit: ἀλλ' ὅτι ἐνέειν ὦ Κρόνε παδίας, καὶ
πευχίους. ἐγὼ γ' ἔν ἤδη ἀπηγόρευκα αἰτῶν μεγά-
λη τῇ φωνῇ. *At non facile, Saturne, & expe-*
dite id facit; adeo ut me jam vox defecerit,
magno clamore hæc ab illo flagitantem. nil usi-
tati, quam geminatio, in precationibus erat.
ita Juvenal. Satyr. 10. vers. 188.

F 2

DA

84 DE VETER: AC RECENT.

DA *spatium vitæ*, multos DA *Jupiter*
(*annos.*)

Perf. Satyr. 2.

— DA *fortunare Penates*,
DA *pecus et gregibus fætum.*

ac Virgil. *æneid.* lib. 3.

DA *propriam, Thymbræe, domum*, DA
(*mænia fessis.*)

imo juxta Pythagoricorum sententiam Aristoteles tradit omnia definiri tribus, & inde in celebrandis Deorum sacrificiis hunc à naturâ sumptum numerum observatum esse, uti Horatii supra citatus locus indicat, comprobante idem Tibullo in hisce:

TER *cane*, TER *dictis despuè carminibus.*

& Ovidio fast. lib. 4. vers. 778.

His Dea placanda est; hæc tu conversus
(*ad ortus,*

Dic TER, et in vivo prolue rore manus.

ut & Gratio in Cyneget.

— TER *quisque vocantes pingua libant*
Thura foco.

quod etiam in lustratione observatum docent Gratius eod. loco.

Emi-

ADORATIONIBUS. 85

Emicat ipse, manu ramum pallente, Sa-
(cerdos

TER miteum quatiens.

Ovidius fast. lib. 4. vers. 316.

TER caput irrorat, **TER** tollit in æthe-
(ra palmas.

ac in sacrificiis Virgilius Georg. lib. 1.

TERque novas circumfelix eat hostia fru-
(ges.

Cum vero titulorum varietate capi Deos crederent Gentiles, quin imo placari, ad Vota suscitari, & maximo inde honore affici, quod multiplex potestas & inprimis imperium ita cognoscebatur, quam pluribus congestis, quæ elogia complectebantur, nominibus Numen invocarunt. legas fragmentum illud A. Septimii Sereni Falisci, quod inter Catalecta veterum Poëtarum J. Scaliger evulgavit.

Jane pater, Jane tuens, Dive biceps,
(biformis,

O cate rerum Sator! o principium Deorum?
Stridula cui limina, cui cardinei tumul-
(tus,

Cui reserata mugiunt aurea claustra mundi.
Tibi vetus ara caluit aborigineo sacello.

86 DE VETER: AC RECENT.

& hanc superstitionem Callimachus hymn. in Apollin. vers. 69. observat iniquens:

ὦ πολλαν, πολλοί σε Βοηδρόμιον καλέεσι,
Πολλοὶ δὲ Κλάριον. (πάντη δέ τοι ὄνομα πουλὺ)
Αὐτὰρ ἐγὼ Κάρνειον.

O Apollo, multi te Boedromium appelli-
(tant,
Multi etiam Clarium (undique enim nomen
(tibi multiplex)

Sed ego Carneum,

& illa non solum Apollinis, sed reliquorum etiam Numinum πολυωνομίῃ cum in antiquis Nummorum Lapidumque monumentis, tum apud Scriptores obvia sese prodit, quod Aristophanes in Pluto pag. 111 docet, ubi de Mercurio ait:

ὦς ἀγαθὸν ἐς ἐπωνομίας πολλὰς ἔχειν.
Quam bonum est multa habere cognomina.

quæ & illis dabantur, tam ob diversa, quibus præerant munia, quam collata beneficia. ita ut de Themide dixit Æschylus Prom. 5. vers. 210.

Πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία.
Multorum nominum una forma,

quod lib. 11. Metam. eleganter ostendit Apulejus iniquens: *Lætus et alacer Deam præpotentem*
lacry-

ADORATIONIBUS. 87

lacrymoso vultu sic apprecabar : Regina cæli, sive tu Ceres Alma frugum Parens originalis, quæ repertu letata filia, vetustæ glandis ferino remotæ pabulo miti commonstrato cibo, nunc Eleusinam glebam percolis : seu tu cælestis Venus, quæ primis rerum exordiis sexuum diversitatem generant, amore sociasti, et æterna sobole humano genere propagato, nunc circumfluo Paphi Sacrario coleris : seu Phœbi soror, quæ partu ferarum medelis lenientibus recreato, populos tantos educaſti, præclarisque nunc veneratis delubris Epheſi : seu nocturnis ululatibus horrenda Proſerpina, triſiformi facie Larvales impetus comprimens, terræque clauſtra cohibens, lucos diverſos inerrans, vario cultu propitiaris, iſta luce ſcæminea conluſtrans cuncta mœnia, et nudis ignibus nutriens læta ſemina, et ſolis ambagibus diſpenſas incerta lumina : QUO QUO NOMINE, QUO QUO RITU, QUAQUA FACIE te fas eſt invocare, tu meis jam nunc extremis ærumnis ſubſiſte. ex quibus ulterioribus verbis formido illa notiſſima apparet, ſcilicet ne Deos parum grato nomine appellarent ; quare, uti Servius ad lib. 4. æneid. tradit, Pontifices precari conſueverant in hæc verba : JUPITER OMNIPOTENS, SEU QUO ALIO NOMINE APPELLARI VOLUERIS. quæ formula & in Devotionibus obtinuit locum, ubi habetur : DISPATER, VEJOVIS, MANES, SIVE VOS, QUO ALIO NOMINE FAS EST APPELLARE. &

88 DE VETER: AC RECENT.

Catullus post varia edita Dianæ nomina subjungit:

— SIS QUOCUNQUE TIBI PLACET
SANCTA NOMINE.

unde pariter de Jove Æschylus cecinit Agam.
vers. 168.

Ζεὺς, ὅσις πότ' ἐστίν, εἰ τῷ δ' αὐτῷ φίλον
(κεκληµένω,

Τῷτό νιν προσενέπο,

id est,

Jupiter, QUISQUE EST, SI HOC NOMINE
(APPELLARI GAUDEAT,
Hoc cum ipsum appello.

& Ovid. Metam. lib. 4.

Et QUÆ præterea per Grajas plurima gentes
NOMINA, *Liber*, HABES.

ast illa formido etiam eousque progrediebatur, ut sæpius Numinum sexum dubitarent adscribere, inque precibus loquerentur, QUISQUE ES, *vel* SIVE DEUS SIVE DEA ES. audite Plautum Rud. act. 1. scen. 4. vers. 38.

Nunc QUISQUE EST DEUS Veneror.

Virgilium æneid. lib. 4. vers. 577.

— *Sequimur te Sancte Deorum.*

QUISQUE ES.

quæmadmodum & Inscriptiones apud Gruterum ac Reinesium habent:

SIVE.

ADORATIONIBUS. 89

SIVE. DEO. SIVE. DEÆ.

C. TER. DEXTER.

EX. VOTO. POSUIT.

& rursus:

SI. DEUS. SI. DEA. EST.

CUI. POPOLUS. CIVITASQUE.

KARTHAGINIENSIS. EST. IN.
TUTELA.

de ulteriore formulâ Arnobius libr. 3. pag.
mihi 104. *niam consueſtis in precibus* SIVE TU
DEUS ES, SIVE DEA *dicere*. utriusque enim
naturæ, masculinæ ac foemininæ, vim ineffa-
bilem, quam Sapientiores Veteres in Deo uni-
co Opt. Max. agnoscebant, mystice innue-
bant, teste hoc Orphei versu:

Ζῶς ἄρσεν γένετο, Ζῶς ἀμειροτας ἐπλετο νόμῳ.
Jupiter & mas est & foemina nescia mori.

F 5

C A-

CAPUT VIII.

Preces Publicæ , Privatæ , Clarâ voce aut Murmure , Ligatis vel Illigatis verbis factæ. publice Sacerdos præibat antiquitus. Idem mos à recentioribus servatur. Privatim omnes pro lubitu orarunt. ad ostentationem sæpe clara & alta vox adhibita , & adhibetur apud hodiernos populos. inhonestas petitiones murmure & arcane prolatae. in meliorem scopum Christiani corde Deum alloquuntur. Carmina & hymni Diis cantabantur. eundem ritum ab Hebræis Christiana ecclesia recepit.

P*Reces vero vel Publicæ , vel Privatæ , ac clara voce aut tantum murmure celebrabantur , & ligatis vel illigatis verbis constabant. Publicæ preces Sacerdotis, vel Præconis, hoc est, κήρυξ & vel ἱσποκήρυξ & ore fiebant. sic Inventor Amoris Ovidius libr. 6. Metam. canit :*

*Ipse ducem dederat , cum quo dum pascua
(lūstro ,
Ecce lacu medio Sacrarum nigra favillis
Ara vetus stabat , tremulis circumdata can-
(nis.
Re-*

ADORATIONIBUS. 91

Restitit, & parvo, faveas mihi, MUR-
(MURE dixit

Dux meus, & simili, faveas mihi MUR-
(MURE dixi.

quod Christiani sequuntur, quod Turci. audite Busbequium Legat. Turcic. epist. 3. de Turcorum paschate loquentem. *video, inquit, in ea planitie magnam conglobatam turbinatorum capitum multitudinem summo silentio verba praeuentis Sacerdotis excipientium.* quod apud Græcos etiam moris fuisse Curtius asserit lib. 4. *illa in candida veste verbenas manu praeferens, capite velato, praeibat preces Regis.* quas populus, qui intererat, nominatim repetebat. sic Juvenalis Satyr. 6. vers. 391. canit:

————— *Dictataque verba*
Prætulit, ut mos est, & aperta pailuit
(agna.

ubi recte Ludovic. d'Orleans reponit *protulit*, cum Juvenalis agat de proferendis voti verbis solennibus. quo de ritu optime Cicero lib. 1. de divinatio. & Plinius, rem totam paucis comprehendens lib. 28. cap. 2. *vidimus, inquit, certis precationibus obsecrassse summos magistratus, & ne quid verborum prætereatur, aut præpostere dicatur, de scripto præire aliquem: rursusque alium custodem dari, qui attendat.*

92 DE VETER: AC RECENT.

tendat. quam ad rem multa recensuimus capite quarto & quinto hujus syntagmatis.

Privatos etiam pro animi desiderio orasse, è citatis scriptoribus apparet; Persius vero ad ostentationem hoc fieri solitum à nonnullis ostendit, quando ait Satyr. 2. vers. 8.

Mens bona, fama, fides, hæc CLARE.
(& ut audiat hospes.

clarâ voce indicat factum, uti Martialis quoque notat lib. 12. epigr. 90.

Pro sene, sed CLARE, votum Maro fecit
(amico.

præceptum enim Philosophiæ est, sic loquendum esse cum hominibus, tanquam Deus audiat: sic loquendum cum Deo, tanquam homines audiant. cujus secunda pars sancit, ne quid à Deo petamus, quod velle nos, indecorum sit hominibus confiteri. præcipit & Naso lib. 2. art. amand.

Multa vove, sed cuncta PALAM.

Martialis libr. 1. epigr. 39. de laudibus Deciani.

Et nihil ARCA NO qui roget ore Deos.

nam honestum votum clare, inhonestum arcane

cane proferri solet. Horat. libr. 1. epist. 16. vers. 59.

Jane Pater CLARE, CLARE cum di-
(xit Apollo,
Labra movet metuens audiri.

clara voce hodie Jāvani in India & Bandæ incolæ, clarâ voce Christiani adorant, atqui Veteres adorarunt. scribit Hilarius ad Ps. 65. *possumus ibi vocem precantis populi audire.* & canit Prudentius Cathemerin. Hymn. Matutin.

Te, Christe, solum novimus,
Te mente purâ, & simplici
Te voce, te cantu pio,
Rogare curvato genu
Flendo, et canendo discimus.

nec aliam ob rem aperta, & clarâ voce vota fieri Philosophi præcipiebant, licet Dii tacita etiam vota norint, quam ut occasio supprimeretur impietati voventium. quo alludere videtur tersissimus Poëta Tibullus lib. 4. verbis Sulpiciæ, Cerinthum amantis, ad Natalem sive Senium:

Optat idem Juvēnis quod nos, sed CAU-
(TIUS OPTAT;
Nam pudet hæc illum dicere verba PA-
LAM.
At

At tu Natalis quoniam Deus omnia sen-
(tis,

Annue, quid refert CLAMNE, PALAM-
(NE roget.

& huc, ut supra diximus, spectabat illud veterum Pythagoreorum symbolum $\mu\epsilon\ \phi\omega\nu\eta\varsigma\ \&\chi\epsilon\omicron$. quod lib. 3. de offic. explicat Cicero his verbis: *ea deliberanda omnino non sunt, in quibus est turpis ipsa deliberatio: atque etiam in omni deliberatione celandi atque occultandi spes opinioque removenda est.* eodem modo in Sacris literis promiscue Judæi, Gentiles, ac Christiani adorant. Exod. 32. comm. 11. habetur: *quamobrem deprecatus est Mosche Jehovæ Dei sui faciem iratam, et dixit, quare Jehova accenderetur ira tua in populum tuum, quem eduxisti è terra Ægypti, virtute tua magna, et manu forti.? I. Reg. 16. comm. 26. quumque invocassent nomen Bahalis, à mane usque ad meridiem, dicendo, o Babal, exaudi nos. & Act. Apostol. cap. 1. comm. 24. et quum orarent, (Apostoli) dixerunt, tu Domine nosti quod est in cordibus omnium, ostende unum, quem elegis ex his duobus.*

Multi igitur Antiquorum tacita voce & murmure quodam precati sunt. pulcherrime Persius Satyr. 2.

At bona pars hominum TACITA libavit acerra.

& su-

& superius citato loco libr. 6. Metam. Ovidius,

—— *Et parvo faveas mihi MURMURE*
(dixit
Dux meus, et simili, faveas mihi, MUR-
(MURE dixi.

ut Julianus in Misopogone hoc quoque nomine Antiochenſes Chriſtianos reprehendit, quod non orarent ſilentio, ſed magno ſono loca Sacra replerent. quare etiam Tertullianus in Dei oratione docet, ſonos vocis ſubjectos eſſe debere, hoc eſt, ſubmiſſos, & murmur potius, quam vocem. ſed & corde ſuo ſæpe Deum allocutos Chriſtianos Auguſtinus hiſce docet. *Ideo non neceſſe ducebant CLARA VOCE precari, niſi cum alii audire preces deberent, ut aſſentirent.* verba habentur lib. de Magiſtro. quod idem proſequitur ad Pſalm 34. Ambroſius l. c. & Caſſianus collat. 9. cap. 25. de Judæis idem notatur 1 Sam. cap. 1. comm. 12 & 13 de Channa hiſ verbis: *erat autem, cum illa multis ſupplicaret coram Jekhova, ut Heli obſervaret os ejus; nam Channa loquebatur CUM ANIMO SUO, tantum labia ejus movebantur, VOX autem ejus NON AUDIEBATUR, qua propter reputabat eam Heli ebriam.*

Preces ligatis, vel illigatis, de quibus omnes loci citati loquuntur, verbis conſtabant. ſic in hymnis favorem numinis ſibi conciliare proponebant,

nebant, ut diferte Homerus testatur Iliad. A.
verf. 472.

Οἱ δὲ πανημέριοι μολπῇ θεὸν ἱκασκοντο,
Καλὸν αἰείδοντες παιήονα αἴθροι ἀχαιῶν.
Μέλποντες ἐκάεργον.

id est :

Hi autem totam Diem cantu Deum pre-
(bantur,
Istum canentes Pæana pueri Achivorum,
Canentes longe operantem.

exempla etiam sunt Davidis, Mosis, Judithæ, &
aliorum inter Judæos, Prudentii, & Sidonii A-
pollinaris inter Christianos hymni. scribit Ma-
crobius in somn. Scipion. lib. 2. cap. 3. *in ip-*
sis quoque hymnis Deorum per stropham, et an-
tistropham metra canoris versibus adhibebantur.
sic cantat apud Euripidem in Hippolyto ver-
sus Dianam ipse Hippolytus.

Χαῖρέ μοι ὦ καλλίστα
Καλλίστα των κατ' Ὀλυμπον
Παρθένων Ἄρτεμι.
Salve mihi, o fomosissima,
Pulcherrima, in cælo degentium
Virginum, Diana.

In carmine Sæculari Flaccus verf. 1.

Phæbe,

*Phæbe, silvarumque potens Diana,
 Lucidum cæli decus, o colendi
 Semper, & culti, date quæ precamur
 Tempore Sacro.*

Ἕμνοι δὲ καὶ ἀθανάτων γέρας αὐτῶν. id est, *hymni enim immortalium etiam sunt præmium.* ut Theocritus Idyl. 18. 8. canit, neque Cœlestibus solum, sed Infernis etiam Diis dicati erant. unde Θεῶν καὶ γᾶς Ἕμνος, *Deorum sub terra hymnus* apud Æschyl. sept. theb. vers. 874. hinc Ἕμνοδοί & Στυχοδοί dicti, qui hymnos cantabant, uti ex veteri inscriptione apud Spon. Misc. pag. 354 docemur. imo Exod. 15. comm. 1. habetur: *tunc canens Mosche & Filii Israël canticum istud Jehovæ, locuti sunt, dicendo: cantabo Jehovæ eo, quod admodum excelluit, equum, & sessorem ejus dejecit in mare.* atque in Peristeph. Hymn. 14. Prudentius canit:

*Ibat triumphans virgo Deum Patrem,
 Christumque Sacro carmine concinens.*

& ibid. hymn. 5 Vincentii Martyris,

*Pfallentis audit insuper
 Prædulce carmen martyris.*

quod veteres Christianos observasse docet ejusdem Præfatio in Cathemer.

*Saltem voce Deum concelebrat , si meritis
(nequit.*

Hymnis continuet Dies.

Nec Nox ulla vacet , quin Dominum canat.

quod Recentiores observare testantur Psalmi,
& Cantica Mariæ, Simeonis, Zachariæ, quæ
ante, & post Divini verbi prædicationes, at-
que conciones cani solent in Ecclesia Dei.
Hymnis Mahometani Profetam celebrant, &
cantico *La illah Illa allah* elatâ voce quot-
quot concionibus interfunt respondent teste
Christoph. Richerio in Arab. Republ.

CAPUT IX.

Adoratio matutino tempore frequen-
tissima plerisque Gentibus. Sol exo-
riens apud Persas salutabatur. templi
foribus assidebant. plerumque per om-
nem diem adorabatur antiquitus. mane
& vesperti ad minimum. multa sacra
nocte fiebant, à plerisque tamen, ut
turpia, rejecta. Christiani ob noctur-
nas adorationes ab Ethnicis accusati.
idem mos à nonnullis hodie observatur.
magna Turcarum superstitio propter pre-
cationum tempus.

Tempus adorationis si inquisiveris, cum
matutinis temporibus Deos assidere tem-
plis crederent, surgente die quamplurimi Nu-
mina invocarunt. Prudentius hymn. 11.

*Mane salutatum concurritur. omnis adorat
Pubes, eunt, redeunt Solis ad usque obitum.*

& egregie Comicus in Pænul act. 1. scen. 2.
in his:

Quia non jam dudum ante lucem ad ædem Ve-
(neris venimus.
Prima cum ut inferemus ignem in aram.

canit Sulmonensis Poëta lib. 4. de Pont.

*His ego do toties cum thure precantia verba ,
Eoo quoties surgit ab orbe dies.*

Magorum ac Persarum exemplo, quibus, Herodiano teste lib. 1. in more fuit, primo semper diluculo canere Diis, hymnosque & laudes dare, Orientemque Solem venerari, scribit Philostratus lib. 1. cap. 12. in vita Apollonii Tyanæi, illum sensisse, summo diluculo cum Diis versari, procedente mox die, de Diis loqui oportere. en ipsa Philostrati verba: *cum Sacerdotibus habitabat, & Oriente Sole sacra quedam in occulto faciebat, quæ solum illis quatuor communicabat, qui secum in silentio se exercuerant.* atque illorum plurimi, quo majorem erga numina reverentiam suam testarentur, summo mane templi foribus affidebant, donec intromitterentur. Seneca epist. 59. scribit: *vetemus Salutationibus matutinis fungi; & foribus assidere templorum, humana ambitio istis officiis capitur.* Tibullus lib. 1. eleg. 3.

*Et mea votivas persolvens Delia noctes,
Ante Sacras, lino tecta, Fores sedeat.*

neque mane tantum, sed singulis etiam horis adorantes

Eunt,

— *Eunt, redeunt Solis ad usque obitum.*

Ovidius canit lib. 4. fast.

*Vesper ubi est. tectum supra nova vellera corpus
Ponit, adorato per sua verba Deo.*

ita ut moris fuisse videtur, ut bis in Die ad minimum, mane nempe & vesperi, Deorum curæ sese commendarent. quod eleganter Plato lib. 10 de legib. innuere videtur his verbis, Ἀνατέλλοντός τε ἡλίου καὶ σελήνης, καὶ πρὸς δυσμαῖς ἰόντων, περὶ κυλίσεις αἶμα καὶ προκυρήσεις ἀκύντες τε καὶ ὀρῶντες ἑλλήνων, τε καὶ βαρβάρων πάντων ἐν συμφοραῖς παντοίαις ἐχομένων καὶ εὐπραγίας. id est, sole lunaque orientibus ac occidentibus, advolutiones & adorationes spectare & audire licet omnium tam Græcorum quam Barbarorum, tam eorum, qui felicem vitam agunt, quam qui miseriis urgentur. quo etiam pertinent illa Horatii carm. lib. 4. od. 5. vers. 37.

*Longas o utinam, dux bone, ferias
Præstes Hesperiae, dicimus integra
Sicci mane die: dicimus uvidi,
Cum sol Oceano subest.*

utque die, ita multi etiam nocte preces fudisse lego apud Scriptores antiquos. Papinius Statius lib. 5. sylv. 1.

*Sed meliore via, dextros tua vota marito
Promeruere Deos, dum nocte, dieque fatigas.*

at multi nocturnas adorationes suspicabantur, atque noctem fraudi accommodatam rebusque turpibus rejiciebant. Minucius in Octavio pag. 9. scribit: *nescio an falsa, certe occultis, ac nocturnis sacris apposita suspicio.* favere enim scelerei tenebræ videntur. hinc illa apud Horatium nostrum improba vota:

Noctem peccatis & fraudibus objice nubem.

& hac ratione Poëtæ fingunt noctem generasse dolores, fraudem, mendaciam, ut videre est apud Hesiodum, & Apollodorum lib. 1. biblioth. & licet, veluti Seneca docet in Herc. cul. furent. act. 3. scen. 3. vers. 846.

*Citi tectis properent relictis
Attici noctem celebrare Mystæ.*

nocturnas Christianorum sacras criminabantur, ut impias, quæ tamen certis è sacra Scriptura quæsitis fundamentis observabantur. rationem egregie reddit Hieronymus in Matth. 25. libr. 4. fol. 55. *traditio, scribit, Judeorum est, Christum media nocte venturum in similitudinem Ægyptii temporis, quando Pascha celebratum est, & exterminator venit, & Dominus*

minus super tabernacula transit, & postes sanguine agni nostrarum frontium consecrati sunt. unde Psalmista. Media nocte surgebam tibi semper Judicia significationis tue.

canit Prudentius Cathemer. hymn. post Jejun.

*Teque contemptis epulis rogemus
Nocte, Dieque.*

die ergo etiam invocabant. sic Idem in hymno ante Cibus:

*Te Pater optime mane novo,
Solis et orbita cum media est,
Te quoque luce sub occidua,
Sumere cum monet hora cibum,
Nostra Deus canit harmonia.*

Turci quinquies intra spatium Viginti quatuor horarum adorare lege sua tenentur, tempore nempe matutino, meridiano, postmeridiano, vespertino & nocturno. ut prolixè hoc testantur Alcoranus Mahomethi & Itinerum in Asiam scriptores Tavernier, Della Valle & De La Croix. & hæc quinque horas orando stricte observant, si fideles Mahomethani haberi velint, attamen non tenentur templa, nisi die Veneris, illis sacro, adire. huc transcribere lubet carmen morale

104 DE VETER: AC RECENT.

rale ex Christoph. Weigeli Ethica Naturali
ad symbolicam imaginem Lunæ:

Altera fax cæli sol est, fax altera Luna:

Ista regit noctes, ut regit ille dies.

Hæc dico, qui nobis famulari sidera jussit,

Nonne coli debet nocte, dieque Deus?

C A.

CAPUT X.

*Sacris diebus omne opus fieri prohibitum, qua de re statuta apud Athenienses lex recensetur. idem ritus apud Romanos observatus. Macrobio vera lectio restituta. opus item in festis fieri apud Judæos nefas creditum. Profani à sacris abesse iussi, Silentiumque astantibus impositum apud Græcos æque ac Romanos. formulæ Favete Linguis verus sensus expositus. Janus in publicis sacris primus invocatus apud Romanos. Scriverius laudatus. in Vesta sa-
lennis precatio extrema erat. Alexander ab Alexandro & Tiraquel-
lus notati: Vestæ apud Græcos, Igni apud Persas primæ imprecationes fie-
bant.*

Sacris ac indictis diebus opus fieri prohibebatur in festis publicis. inde statuta Lex apud Athenienses jubebat, ut sacra Diis rite fierent, non avvocato ad alias curas animo. quam legem ita nobis dedit Clariss. Petitus:
Ἀπάντων τῶν Ἀθηναίων αἰγόντων ἱερομηνίαν μήτ'
G 5 idē.

ἰδία, μήτε κοινῇ μηδὲν ἀλλήλας ἀδικεῖν ἐν τῷ τῶ χρόνῳ, μηδὲ χρηματίζειν, ὃ, τί ἂν μὴ εἰς τῆς ἱερῆς ἤ. id est, *die, populo Atheniensium festo, ne cuiquam, sive privatim, sive publice injuria fiat, neve habetur concio de aliis rebus, quam iis, quæ ad festorum religionem pertinent.* ac Strabo lib. 10. pag. 467 inquit: *commune hoc est et Græcis et Barbaris sacra celebrare festa cum laborum intermissione.* nam pollui ferias affirmabant Sacerdotes, si indictis conceptisque opus aliquod fieret; ideo per præconem denuntiabatur, ne quid tale ageretur. at optime refert Macrobius Saturn. libr. 1. cap. 16. quo loco cum Clariss. Meursio *per Præciam* lego pro *per Præconem*, cum, quibus id muneris dabantur, Præciæ vocarentur. sic Festus: *Præcias dicebant, qui à Flaminihus præmittentur, ut denuntiarent opificibus, manus absternerent ab opere, ne si vidisset sacerdos facientem opus, sacra pollueretur.* quocirca eloquentissimus Cicero lib. 2. de legib. scribit: **FERIIS JURGIA A MOVENTO.** & paulo post, *Feriarum Festorumque dierum ratio in Liberis requiem habet Litium et Jurgiorum.*

Necessitatis causa tamen aliquando permittebatur juxta Macrobius, atque hunc morem à Judæis recepisse Gentiles videntur, quibus Deus ipse Levitic. 23. præcipit: *à vespera ad vesperam celebrabitis Sabbatha Vestra* item: *die primo à die octavo erit Sabbathum, id est, requies.*

requies. & Festorum potissimum duæ causæ erant, Dei scil. honor & laborum intermissio, uti Exod. 20. eleganter habetur: *Memento ut diem Sabbati sanctifices; sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, septimo autem die Sabbatum Domini Dei tui est. nullum facies opus in eo.* atque rursus Levit. 23. *Sex diebus facietis opus; dies septimus, quia Sabbati requies est, vocabitur sanctus. nullum opus facietis.* neque hæc requies ab operibus tantum die Sabbati, sed omnibus etiam festis observabatur, sicut videre possumus Levitic. 23. in festo Tubarum & Expiationum. Exod. 12. Paschæ & Azymorum, denique Levitic. 23. in festis Collectarum & Tabernaculorum.

Neque opus solum fieri prohibebatur, ast & Profani à sacris abesse juebantur, silentiumque omnibus, qui sacris intererant, injungebatur æque apud Græcos quam Romanos, idque apud primos juxta formulam, quæ apud Comicum Θεσμοφ. pag. 767. legitur, *Ἐυφημὸς πᾶς ἕσω λεῶς, Στόμα συγκαλείσας, Favens esto omnis populus, Os claudens,* & apud eundem in Equit. pag. 361. *Ἐυφημεῖν χρῆ καὶ στόμα κλείειν. Favere oportet & os claudere.* eodem sensu *ἔυφημεῖν* à Callimacho sumitur vers. 17. Hymni in Apollinem ut scilicet cantantibus ad Lyram in Apollinis honorem pueris, omnes ore faverent. sic apud Romanos Paulus ex Festo Prompejo tradit in sacrificiis dictum antiqui-

tiquitus PASCITO LINGUAM. quod ille exponit, *linguam coërceto, contineto, taceto.* atque posteriori tempore imperabatur, ut FAVERENT LINGUIS. de quo verbo Seneca in lib. de Vit. Beat. ad Gallionem scribit, quod illud *non, ut plerique existimant, à favore trahitur, sed imperatur silentium, ut rite peragi possit sacrum, nulla mala voce obstrepente.* atque ejusdem sententiæ Servius & Donatus consentiunt ad lib. v. æneid. ad verba illa, ORE FAVETE. & Proleg. Terent. Andriæ. Quintilianus vero Declam. 365. de silentio hoc commendato in sacris scribit: *in templo, in quo verbis parcimus, in quo animos componimus, in quo etiam tacitam mentem nostram custodibus, pulsare, velut in solitudine, velut in secreto quodam, non est ferendum.* eodem modo apud Turcas Sacerdos, quem Iman vocant, populum monet, ut attentus intersit precationibus & quam minimo murmure preces Deo offerre.

Voce autem, PROCUL ESTE PROFANI, Impuri Pollutique homines, de quibus cap. seq. dicemus, à sacris arcebantur per sacrorum ministrum. sic T. Calpurnius Ecl. 11. canit:

Ite procul, sacer est locus, ITE PROFANI.
& Juvenal. Sat. 11.

Solis ara Deæ maribus patet. ITE PROFANÆ
Clamatur.

Livius

110 DEVETER: AC RECENT.

ita enim cum Clariss. Scriverio lego & antiquis editionibus pro vulgata ista lectione:

TE PRIMUM *pia turba roget, te vota*
(*salutent.*

quam lectionem Scriverianam & solennem ritum optime probat libr. 1. fast. Ovidius in-
quiens:

Jane, tibi PRIMUM thura, merumque
(*fero.*

ipsam observationem in precibus legito apud Livium lib. 8. verba facientem de Deciorum patris ac filii devotione, & scribentem Pontificem prævisse hæc verba: JANE, *Jupiter, Mars, Pater, Quirine, Bellona, Lares, Divi Novenses, Dei indigetes, Divi, quorum est potestas nostrorum hostiumque, Deique Manes, vos precor, veneror, veniam peto feroque, uti Pop. Rom. Quiritium vim victoriamque prosperetis.* legito Catonis locum, qui est de Re Rust. cap. 141. de lustratione agri: JANUM Jovemque vino PRÆFAMINO, sic dicito: *Mars pater, te precor quæsoque.* adde ejusdem caput 134 de porcâ præcidaneâ; quæ, antequam novam frugem præciderent Rustici, immolabatur, referens: *priusquam messim facies, porcâ præcidaneâ hoc modo fieri oportet: Cereri porca præcidaneâ, porco*
fæmi-

ADORATIONIBUS. III

*fœmina, priusquam hæc fruges condantur, far triticum, hordeum, fabam, semen rapicum, thure, vino, JANO Jovi Junoni præfato. priusquam porcum fœminam immolabis JANO struem commoveto sic. JANE PATER, te hac strue commovendo bonas preces precor, uti SIES VOLENS PROPITIUS mihi, liberisque meis, domo familiæque meæ. neque solum, cum Jano sacrificium fiebat, sed & cum aliis Diis sacrificabatur, dato thure in altaria, Janus prior nominatus est teste Aurel. Vict. in breviario Histor. Rom. hancque præfationem meruisse Janum eo, quod primus Diis templa & sacrorum ritus instituit, Fabius Pictor. lib. 1. de aur. secul. testatur, ut per eum ad Deos, quibus immolatur, pateat accessus. cujus ritus Macrobius Saturn. libr. 1. caput 9. rationem hæc verbis reddit: *Janum quidem solem demonstrari volunt potentem, qui exierens operiat diem, occidens claudat: invocarique primum, cum alicui deo res divina celebratur; ut per eum pateat ad illum deum, cui immolatur, accessus: quasi preces supplicum per portas suas ad deos ipse transmittat. atque ita illum ipsum, interrogatum quare nomen ejus præfaretur in sacris, Ovidius fast. lib. 1. introducit respondentem:**

*Ut possis aditum per me, qui limina servo;
Ad quoscunque voles, inquit, habere Deos.*

In

112 DE VETER: AC RECENT.

In Vesta ceterum solennis precatio extrema erat, utpote quæ juxta Ciceronem lib. 1. de nat. Deor. *est rerum custos intimarum*, & secundum Servium in lib. 1. Æneid. ad versum illum, *Gana Fides & Vesta. significat Religionem, quia nullum sacrificium sine igne est, unde & ipsa*, inquit, *& Janus in omnibus sacrificiis invocantur.* quem ritum exacte Virgilius Georg. lib. 1. observat.

Dii patrii indigetes, & Romule, VESTA-
(QUE MATER.

& Vellejus Paterculus in voto illò, quo volumen suum finit, inquires: JUPITER CAPITOLINE, ET AUCTOR ET STATOR ROMANI NOMINIS, GRADIVE MARS, PERPETUORUMQUE CUSTOS VESTA IGNIUM, VOS PUBLICA VOCE OBTESTOR ATQUE PRECOR.

Janum vero in fine precationis etiam invocatum fuisse nullibi apud Scriptores veteres vestigium apparet; nec rationem ullam, nec Scriptorem profert Alexander ab Alexandro lib. 4. cap. 17. ad sustinendam illam opinionem suam; magis tamen miror Tiraquelli commentarium in Alexandrum, Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 9. testem hujus solennitatis advocantem, cum iste nihil omnino istius rei meminerit, & Cicero loco citato diserte scripserit, *cum in omnibus rebus vim haberent*
ma-

maximam prima & extrema, principem in sacrificando Janum esse voluerunt, quod ab eundo nomen est deductum, ex quo transitiones perviæ Jani, foresque in liminibus profanarum Ædium Januæ nominantur. & mox de Vesta: itaque in ea Dea, quæ est rerum custos intimarum, omnis & precatio et sacrificatio extrema est.

Apud Græcos secus observatum comperio, & directè scribit Pausanias de sacrificiis, quæ solenniter in Olympo fiebant, lib. 5: Θύει ἡ ἱστὰ μὲν πρώτην, δεύτεραν ἡ τῷ Ὀλυμπίῳ Διὶ. *sacrificant Vestæ primum, tum secundo loco Jovi Olympio.* ubi Phurnutus notat: *Vestæ prima et postrema nata perhibetur, quod in hanc resolvantur, quæ ab ea producuntur, et ab eadem constituuntur. quare & Græci ab illa sacrificiorum principium sumpserunt, et in illam postremo desinebant.* quod Porphyrius περ. Αποχ. l. 11. p. 125. affirmat: ἀρχάντα πρῶτον ΑΦ ΕΣΤΙΑΣ τοῖς θεοῖς θύειν. à VESTA *caelestium deorum sacra primum auspicati.* ejusdem autem Vestæ, quam Pindarus Nem. Od. 11. *primam Deorum* vocat, primus in urbibus Græcis ac Asiaticis cultus, ut Magnus Ezech. Spanhemius in eruditiss. sua Dissert. in Callimachi hymn. in Cerer. nos docuit. unde vulgatam illud Græcorum proverbium fluxit, ἀφ' Ἑστίας ἀρχόμεθα, à Vesta incipiens.

Eundem honorem Persæ, ignem colentes, Igni tribuerunt, teste Strabone lib. 15. scri-

H

bente:

114 DE VETER: AC RECENT.

bente: Ὅτω δ' ἂν θύσωσι θεῷ, πρῶτον τῷ πυρὶ ἄχουσινται. *cuicunque Deo sacrificent, primum Igni imprecationes faciunt.* atque in his, Maximo Tyrio auctore, precabantur, prebito alimento: *Ede Domine Ignis.* qua de re & observatione superstitionis multa differit Magnus iste B. Brissonius de Reg. Persar. Principat. lib. 2. pag. 164. edit. Commel. *Persæ enim, uti scribit Jul. Firmicus lib. 1. cap. 5. de errore prof. Religion. et Magi omnes, qui Persicæ regionis incolunt fines, ignem præferunt omnibus elementis, et putant debere proponi.*

C A.

CAPUT XI.

Impuritas adoratoribus nocens, fiebat concubitu apud Romanos æque ac veteres Græcos, nec non Judæos. decem diebus à Cibaria & Venerea voluptate & Vino Egyptii arcebantur. Vini abstinencia Sacerdotibus Judaicis à Deo mandata precaturis. Romanis mulieribus Vinum antiquitus interdictum: Brachmanni Indorum Vini & Veneris expertes, ut Sabbathis diebus Samaritani hodierni. Mahomethani templis adituri, à mulieribus sese abstinere. somnia etiam polluerè Gentiles credebant. impuri vir seminisfluus, mulier menstruosa apud Judæos.

Non omnibus promiscue publice deos adire licebat, alii impuri à sacris arcebantur. Tibul. lib. 2. eleg. 1. vers. 11.

*Vos quoque abesse procul jubeo, discedite
(ab aris,
Quæ tulit besterna gaudia nocte Venus.*

Impuritatis autem, juxta Maimonidem in præfat. ad Mikvaoth in Misna, undecim fontes erant

H 2

apud

apud Hebræos: *Immunditia reptilium, morticini, cadaveris humani, ex semine ejecto orta, aquæ piacularis, victimarum piacularium, viri fluctione affecti, semina fluxione laborantis, semina menstruata, puerperæ, ac lepræ.* quarum tamen maxima immunditio erat corporis humani, ut videre est Numer. 19. comm.

12. 14.

Optime Joseph. Scaliger ad carmen illud inter Catalecta Veter. Poetar. pag. 65.

*Huc, huc, quisquis es, in Dei Salacis
Diverſi grave ne puta ſacellum:
Et ſi nocte fuit puella tecum,
Hac re, quod metuas adire, non eſt,
Iſtuc Cœlitibus datur ſeveris.*

nos monet, Veteres concubitu abſtinuiſſe rem divinam facturos. quod Latini pure habere dicebant, ut Græci αἴνυδιον, αἴνυος ἔχον. Plaut Afinar.

*Si forte pure velle habere dixerit,
Tot reddat ſpurcas, quot puras habuerit.*

ita *Solum purum* dicebatur illud, quo nulla erant ſepulchra poſita, vel cui non erant conjuncta, uti in Tabula marmorea Neapoli legitur: IN HIS ÆDIFICIS ET LOCIS PURIS ADJACENTIBUS ÆDIFICIS SIVE IS LOCUS AGER EST ÆLI RUFINI MILITIS, CUJUS SE POSSESSOREM ESSE

ESSE EX CAUSA EMPTIONIS. P. ÆLI
 ABASCANTI PATRIS SUI ALFENIO
 SENECONI SUB PRÆF. CLASS. PR.
 MIS. PROBAVIT ET MERUIT SEN-
 TENTIAM. QUAM JUSSU EJUSDEM
 SENECONIS SUB PRÆF. HUIC TI-
 TULO PROSCRIPSIT. SENECONIO. C.
 C. C. DIXIT. NECESSARIAM FUISSE
 INSPECTIONEM ÆDIFICIORUM ET
 LOCI DE QUIBUS APUE ME ACTUM
 EST. RE IPSA MANIFESTATUR. CUM
 IGITUR ÆDIFICIA SOLO PURO PO-
 SITA DEPREHENDERIM NE QUE
 ULLO SEPULCHRO SUPERPOSITA
 VEL CONJUNCTA APPARET, VEN-
 DITIONEM EORUM JURE FACTAM
 IDEOQUE AD ÆLIUM RUFINUM
 MILITEM EX CAUSA EMPTIONIS
 PERTINERE VIDENTUR.

Abſtinentia ergo à Venere opus erat, ut
 cum antiquis loquar, pro naturali conjunctio-
 ne. ita Senecæ locus in hippol. act. 3. ſcen. 3.
 verſ. 901. intelligendus:

*Feræ quoque ipſæ Veneris evitant nefas,
 Generisque leges inſcius ſervat pudor.*

ob caſtitem apud Ovidium Hercules & Om-
 phale ſecubuerunt lib. 2. Faſt.

*Sic epulis functi, ſic dant ſua corpora ſomno,
 Et poſitis juxta ſecubuere toris.*

& Lampridius in Alexandro scribit: *Primum usus vivendi eidem hic fuit: primum, si facultas esset. id est, si non cum uxore procubisset, matutinis horis in Larario suo rem Divinam faciebat.*

Idem mos à Judæis observandus erat juxta legem divinam Exod. 19. com. 15. ubi Moses edicit populo: *Estote parati in diem ipsum tertium, ne accedite ullus ad uxorem.* de Ægyptiis narrat Apulejus lib. 11. metam. quod Sacerdos præcepit, decem continuis illis diebus cibariam voluptatem coërceret; neque ullum animal esset, & invinius esset, Vini enim abstinentia ut & quorundam ciborum apud varias olim Gentes observata. de Hebræis Levit. 10. comm. 9. habetur: *dixit Dominus ad Aaron: vinum, & omne, quod inebriare potest, non bibetis tu & filii tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonii, ne moriamini.* hinc Josephus libr. 6 belli Judaici scribit: *ad altare templumque accedebant, carentes omni vitio, Sacerdotes veste amicti byssinâ, maxime vero merq; abstinentes, ac sobrii religionis metu, ne quid rem Divinam faciendo peccarent.* in hunc sensum accipi debent illa Hieronymi verba: *quomodo autem, (inquit,) virginitati veræ non præjudicat imitatio virginum diaboli, ita nec veris jejuniis castorum Isidis & Cybeles, & quorundam ciborum abstinentia in æternum: maxime, cum apud illos jejunium panis saginâ car-*
nium

nium compensetur. optime Arnobius lib. 5 ait: quid temperatus ab alimonis panis, cui rei nomen dedistis castus? Valer. Max. lib. 1. cap. 1. refert, quod Vini usus olim Romanis fæminis interdictus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur, quia proximus à Libero Patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem esse consuevit, & doctissimè Servius ad illa Virgiliana lib. 1. Æneidos: Summo tenus attigit ore, commentatur: & verecundiam Regina ostendit & morem Romanum, nam apud Majores nostros fæminæ non utebantur vino, nisi sacrorum causa, certis diebus; denique fæmina, quæ sub Romulo vinum bibit, occisa est marito. Mecennius autem maritus absolutus est homicidio. sic Granius Lucinianus cænæ suæ: unde in historiis lectum est Romanorum, vini usus Romanis fæminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur. de Brachmanis apud Indos simile quid refert Strabo Geogr. lib. 15. scilicet quod ex frondibus & sylvis tribus fructibus viventes, Vini & Veneris expertes sunt. uti vero de hodiernis Samaritanis testatur ipforum Epistola prima ad Joseph Scaligerum apud Joh. Morinum pag. 120 die Sabbathi nullos opus facere nec cum mulieribus concumbere, sic de priscis Christianis Gregor. Magnus resp. ad quæst. 10. August. Angl. Episc. scribit: vir cum propriâ uxore dormiens, intrare Ecclesiam non debet, sed neque lotus in-

trare statim debet. & paulo post. Et quamvis de hac re diversæ hominum nationes diversa sentiant, atque custodire videantur, Romanorum tamen semper, atque ab antiquioribus, usus fuit, post admixtionem propriæ conjugis Et lavacri purificationem, ab ingressu ecclesiæ paulatim reverenter abstinere. Mahumethani etiam à mulieribus, teste Alex. Ros, de Gentium religionibus scribente, abstinere solent, & ad Lavacra festinare, quam cito Custodes ex templorum turribus ad religionem exercendam convocent populum.

Neque Veneris Ciborumque & Vini usus solus polluere credebatur, ast & Somnium, ut Aristophanes indicat in Ranis fol. 180.

Ἄλλὰ μοι ἀμφίπολοι λύχρον ἄψατε,
 Κάλπισι τ' ἐκ ποταμῶν δρόσον ἄρατε,
 Θέρετε τ' ὕδωρ
 ὧς ἂν Θεῖον ὄνειρον ἀποκλύσω.
*Ferte facem celeres famulæ mihi,
 Situla aquam è liquido date flumine,
 Calfacite undas,
 Hæc ut somnia fontibus abluam.*

nec non Persius Sat. 2. vers. 10.

— *Et noctem flumine purgas.*

aquâ enim tolli culpas sequenti capite probabitur; quod aliquando certo dierum numero fiebat,

fiabat, teste Cic de legib. & Propertio lib. 2. eleg. 33. vers. 2.

Cynthia jam noctes est operata decem.

Livius lib. 39. cap. 9. decem dierum castimonia opus esse scribit, decimo die coenatum, deinde pure lautum in sacra ritum deducturum fese. atque Festus, *denariæ*, inquit, *vel tricenariæ ceremoniæ*, quibus sacra adituris decem continuis diebus, *vel triginta*, certis quibusdam rebus carendum erat. ipsos apud Judæos Vir seminifluus septem diebus, sicuti menstruosa mulier, impurus erat juxta Levit. 13. ut & puerpera, licet pepererit masculum, 33 diebus in sanguine purificationis manebat, & si pepererit fæminam, 66 diebus. nec immerito homicidium, utpote maxime inhumanum & abominandum, polluere credebant Veteres. Tertull. de Baptis. cap. 5. scribit: *Penes Veteres quisquis se homicidio infecerat, purgatrice aqua se expiabat.* apud Apollonium libr. 4. Argon. dicitur Hercules Νιψόμενος παίδων ὀλοὸν Φόνον, *Lustraturus liberorum miserabilem cædem.* sic Æneas à cæde hostium rediens Deos Penates Anchisæ patri commendat his verbis:

*Tu genitor cape sacra manus, patriosque Penates,
Me bello è tanto digressum, & cæde recenti
Attrectare nefas.*

Quin immo & ipsa Funera polluebant, ut Lucianus

H 5

nus

122 DE VETER: AC RECENT.

nus de Dea Syria refert: ἡ μὲν τις αὐτίαν νεκονίδηται, ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ἐς τὸ ἰδὼν ἔκ ἀποκνέειται. id est, *si quis ipsorum cadaver aliquod adspexerit, illo die ad templum non accedit.* consuetudo Romana etiam à Servio ad æneid. 11. vers. 12. dicitur, ut polluti funere minime sacrificarent. quare, nequis in cadaver aliquod incaderet, Græci ipsius mortui capillos foribus appendebant teste Euripid. in Alcest. Romani vero Cypressum, quæ semel cæsa renasci nescit, ut Servius ad 3 Æneid. vers. 630. refert.

C A-

CAPUT XII.

Castitas in adoratoribus necessaria. lotione totius corporis vel tantum partis cujusdam, vel sparsione constabat. aqua sacrata ad Christianos translata. lavatio aquis marinis, vel fluvialibus vel fontanis. purificatio marinâ aquâ usitatissima & ipsis Judæis. fluvialis lavatio Gentilibus omnibus antiquitus hodieque nota. Adpersio introeuntium templa apud Græcos per Sacerdotes facta, apud Christianos Pontificios per se ipsos. ratio ejus ritus inquiritur.

Ad publicam ergo adorationem maxime requirebatur castitas, quæ in lotione vel sparsione Corporis totius vel alicujus partis tantum constabat. Arnob. libr. 7. pag. 222. *quorum templa cum adire disponitis, ab omni vos labe puros, lautos, castissimosque præstatis. quem ritum lib. 5. cap. 20. eleganter Lactantius mordet & ridet inquires: at illi infelices nec ex sceleribus suis intelligunt quam malum sit, quod colunt: quando quidem flagitiis omnibus inquinati veniunt ad precandum, & se pie sacri-*

sacrificasse opinantur, si cutem laverint, tanquam libidines intra pectus inclusas ulli amnes abluant, aut ulla maria purificent. quam opinionem Hospinianus libr. 2. de orig. sacrif. è Funccio Comment. in Chron. lib. 5. Anthon. tit. 7. cap. 5. Sabellico Ennead. 7. libr. 4. & Panth. in Chronic. ac Joan. Sleydano comment. lib. 2. probat Papam Romanum Alexandrum primum orthodoxam & observandam tradidisse, primumque aquam sacratam inter Christianos introduxisse, utpote quæ aspergens populum, finitâ publicâ religione, illum sacraret & sanctificaret. eam in rem status ac solemnitis destinatæ aquæ, seu marinæ, seu fluviatilis, seu fontium usus adhiberi solitus erat. ita Aristides serm. sacr. 11. pag. 545. de crebris lotionibus, sibi ab Æsculapio præscriptis: καὶ μὴ ὅσα αἰν ποταμοῖς, παραῖς, ἢ καὶ θαλάττῃ προσέταξε χρῆσασθαι, *nam quoties fluviiis, fontibus, aut etiam mari uti jusserit.* uti etiam observat Philo, περὶ Θυόντων pag. 848. οἱ μὴ ἄλλοι σχεδὸν ἅπαντες αἰμιγρῇ ὕδατι περιρραίνονται, θαλάττῃ μὴ οἱ πολλοί. Τινὲς δὲ ποταμοῖς, οἱ δὲ κάλπεσιν ἐκ πηγῶν ἀρυόμενοι; *ceteri fere omnes aquâ purâ lustrantur, marinâ plerique, nonnulli autem fluviatili, alii que etiam urnis eam è fontibus haurientes.*

Ad plurimum tamen aquâ marinâ utebantur, cum juxta Euripidem:

Θάλα

Θάλασσα κλύει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.

MARE omnia hominum mala abluit.

Apulejus item lib. 11. de asino aureo scribit: *meque protinus, purificandi studio, MARINO lavacro trado.* nihil enim marinis aquis efficacius ad purganda quælibet mala credebant Gentiles. quare non tantum androgyni & monstrosi partus, sed & parricidæ, & similibus obnoxii criminibus mari submergebantur, atque quælibet λύματα sive καθάρματα ad mare deportabantur. hinc Catullus in Gellium:

Ecquid scis quantum suscipiat sceleris?

Suscipit o Gelli, quantum non ultima Tethys,

Non genitor nympharum abluit Oceanus.

nec non Claudianus lib. 2. in Eutrop. vers. 22.

— *Quis vos lustrare valebit
Oceanus?*



idem ritus Judæis usitatus inde liquet, quod Hemerobaptistarum secta singulis diebus mari aut fluminibus abluendorum criminum gratiâ mergi aut lavari solebat. cum vero crederent Antiqui, Deos non adeundos esse, nisi ablustratis, nec ullæ aquæ majorem purgandi vim crederentur habere, quam marinæ, utpote quæ solæ ab omnibus seculis persistant incorruptæ, mirum videri nequit, si convenientissima precibus habita sint littora, ubi precaturis,

126 DE VETER: AC RECENT.

turis præsto erant purgatrices aquæ. testatur Aristæus 70 Interpretes singulis diebus mane in maris littore lavasse manus, & tum demum, adorato Deo, operi se accinxisse, unde Tertullianus libr. 1. cap. 13. ad Nation: vocat *Orationes litorales*. optimus sane locus invenitur apud Plautum in rudente act. 3. scen. 3. vers. 36. ubi Mulieres petunt, ut sibi pace Veneris in templo ejus esse liceat, quia Nep- tuni operâ elautæ sunt. hæc illarum verba:

— *Nosque, ut hanc tuâ pace aram ob-*
(fidere
Patiare, quæ elautæ ambæ sumus operæ
(Neptuni noctu;
Ne invisas habeas. neve idcirco nobis vitio
(vortas;
Si quippiam est, minus quod bene esse lau-
(tum tu arbitrare.

Neptunus autem hic mare est, qui ita dictus est juxta Varronem, quod mare terras obnu- bit, ut nubes cœlum, à nuptu, id est, ope- ratione; Græcis Ποσειδών dicitur, quod non- nulli deducunt ἐκ τοῦ πόντου δένειν, quia potum dat. etsi enim salas maris [hoc autem pro- prie Neptunus est] aquas non bibimus, fon- tanas quidem, fluviales & puteanas, quas potu haurimus, Neptuno sive mari originem debe- re in confesso est, & Ecclesiast. 1. comm. 7. habe- tur: *omnia flumina intrant in Mare, & Mare non*



J.S. Krait.

ADORATIONIBUS. 127

non redundat, ad locum unde exeunt, flumina revertuntur, ut iterum fluant. sic uterque ille Neptunus apud Catullum in epigrammate illo ad Sirmion. Peninsulam :

*Peninsularum Sirmio, insularumque
Ocelle, quasunque in liquentibus stagnis
Marique vasto fert UTERQUE NEPTU-
NUS.*

hic per utrumque Neptunum intelligi puto Neptunum, quatenus etiam Lacubus præest. uti enim Nymphæ aliæ Limniades, aliæ Marinæ, ita & alter Neptunus, qui in stagnis, ab eo, qui in Mari regnat. unde Hezych. Ἐπιλίμνι Ποσειδών. optime hunc ritum probabit appictus ex F. de Camps lib. num, sub lit. A. Nummus elegans, in quo Lucilla ramos Lauri avellit ad spargendum pueros, dum sacerdos è mari aquam haurire tentat.

Altera lavatio fluviali aquâ fiebat, uti Virgilius docet, Æneam pontificem introducens patrem hisce verbis alloquentem lib. 2. æneid.

*Tu Genitor cape sacra manu, patriosque Pe-
(nates.
Me bello è tanto digressum, & cæde recenti,
Attrectare nefas; donec me FLUMINE VIVO
Abluero.*

confirmat Ovidius, lib. 4. fast. canens :

Hæc

Hæc ubi castarum processit ab agmine ma-
(trum,
Et manibus puram FLUMINIS hausit
(AQUAM.

& præter alios optime etiam Silius Italicus
 Punlicor lib. 8.

Oro celicolas , ac VIVO PURGOR IN
(AMNE.

ita enim lego pro *antro* , quod perperam in
 vulgatis codicibus legitur. nam quis iste pur-
 gandi ritus in antro? nulla certe apud scripto-
 res mentio expiationis in antro fit; ast vivam
 aquam Lustrationibus ac purificationibus ad-
 hibitam satis constat, unde Ægyptiorum Sa-
 cræ ædes vicinæ fluminibus ponebantur, &
 in hunc diem apud Indos in imperio Mogo-
 golis, Golkondæ regis & aliorum observatur,
 ut templa fluminis ripas spectent. preces ta-
 men Litorales seu ripenses sub dio antiquitus
 iste populus fundebat teste Tertull. libr. de
 pudicit cap. 16. simile quid de Amochis &
 Chiavis in India tom. 1. cap. 5. Carolinus
 scribit, locutus de fluvio Gange in libello suo
 de reſerata Gentil. attamen , cum hoc flumen
 non ubique fluat , atque ideo non per omnes adiri
 possit , neque in eo , ad ſublationem malorum ,
 ſe ablueri queant Gentiles , peregrini à Brach-
 mannis , illorum Sacerdotibus , docentur , qua-
 quâ

ADORATIONIBUS. 129

quâ aquâ sese lavant, ejusdem vigoris esse, si modo inter lavandum Gangis sint memores, dicentes, & exclamantes, Ganga Sjanam, hoc est, Ganges Lavet me.

Lavabant se denique Veteres aquâ fontanâ. Tibullus lib. 2. eleg. 1. vers. 13.

Castâ placent superis: purâ cum veste ve-
(nite,
Et manibus puris sumite fontis aquam.

præcipue enim perennes fluvios putabant Divinos, quia indeficientem æternamque Deorum substantiam imitantur, quod optime veteres Nummi lapidesque probari possunt, cujusmodi Icon elegans visitur Romæ ad aquæductum fontis Virginis, & inscribitur:

Hujus Nympha loci Sacri Custodia fontis
Dormio, dum blandæ sentio murmur aquæ.
Parce meum, quisquis tangis cava marmora,
(somnum
Rumpere; sive bibas, sive Lavere, tace.

exstat apud J: Jacob. Boissardum in parte 6, Antiquitat. Rom. pag. 25. apud quem part. 5, marmor etiam visitur, inscriptum.

NYMPHIS. LOCI.

BIBE. LAVA.

TACE.

I

Huc

130 DE VETER: AC RECENT:

Huc etiam referri potest alterius marmoris, quod in domo Card. Cæsii in Burgo servatur, inscriptio apud eundem part. 3. pag. 52.

TI. JULIUS FEROX CURATOR
ALVEI ET RIPARUM TIBERIS.
ET CLOACARUM URBIS TER
MINAVIT RIPAM RR. PROXIMO.
CIPPO P. CCCLXXXVI.

Deferebatur & aqua ad sacrificium nuptiale: sic Val. Flaccus in Nupt. Jason. & Med. lib. 8. argonaut canit:

*Inde ubi sacrificas cum conjuge venit ad aras,
— Ignem Pollux, undamque Jugalem
Prætulit.* — — — — —

Immo, antequam Nova nupta egrederetur domo paternâ, aquâ spargebatur, & cum ad virum pervenisset, ejus pedes lavabant pronubæ, teste M. Varrone in hisce, quibus fontanâ aquâ hoc etiam factum esse docetur; *Mariti*, inquit, *uxores accipiebant igni, & aquâ de puro fonte, per puerum felicissimum, & puellam, quæ interest nuptiis, de quâ solebant novæ nuptæ pedes lavari.* Festi Pompeji verba confirmant lib. 2. post principium: *aqua dicatur, à quâ Juvamur. Aquâ & igni interdici solet damnatis, contra accipiunt nuptæ: videlicet, quia hæ duæ res humanam vitam*
maxi-

maxime continent. & lib. 6. facem, inquit, in nuptiis in honorem Cereris præferebant, aquaque spargebatur nova nupta, sive ut casta, puraque ad virum veniret, sive ut ignem, atque aquam cum viro communicet. sed quid quoque ritu lavabant? Nonnulli totum corpus abluebant. sic Macrobius lib. 3. Saturnal. caput 1. ait: Constat dis superis sacra facturum corporis ablutione purgari. & Virgilius libr. 2. Æneid. donec me flumine vivo abluero, sicut observat Servius.

Alii tantum caput lavabant, uti Persius docet Satyr. 2. vers. 15.

———— Tiberino in gurgite mergis
Mane caput.

mane, & quidem bis terque juxta eundem poetam, jungentem superioribus.

— Bis terque, & noctem flumine purgas.

& Satyricorum principem Satyr. 6. ubi de muliere, sacris operaturâ:

*Hibernum fractâ glacie descendet in amnem,
Ter matutino Tiberi mergetur, & ipsis
Vorticibus timidum Caput abluet.*

Manus lavabant Gentiles æque ac Judæi, ut innocentiam suam testarentur, unde Astrampychus in Oneirocritico: χεῖρας καθάριον, φροντίδων δηλοῦ λύσιν. *Manus lavare, curarum solutio-*

132 DE VETER: AC RECENT.

lutionem denotat. de Judæis habetur Deutern. 21. comm. 6. & 7. & Psalm 73. comm. 13. idque quidem ante sacrificium, uti Psalmus 26. comm. 6. docet. inter Gentiles hoc testantur Ovidius fast. lib. 5.

*Quumque manus puras fontana perluit
(unda.*

Horatius lib. 2. Satyr. 3. vers. 281.

*Libertinus erat, qui circum compita fsecus
Lautis mane senex manibus currebat.*

quod idem Lyricus affirmat libr. 3. od. 23. vers. 17.

Immunis aram si tetigit manus.

immunem enim manum dixit Horatius pro immuni à culpâ sive scelere, ac plane pura uti lib. 2. ferm. 3.

———— *At bene si quis,
Aut vixit PURIS MANIBUS.*

licet proprie immunis vocatur sine munere, otiosus, vacans. idem Poëta lib. 4. od. 12.

———— *Non ego te meis
Immunem mēditor tingere poculis.*

sicuti vero Latini castos purosque copulant, sic Græci ἀγνός, καθαρός, hique iidem sunt loti λευόμενοι. Ovid. fast. lib. 3.

Inde

*Inde datæ leges, ne fortior omnia posset,
Cœptaque sunt pure tradita sacra coli.*

pure scilicet καθαρῶς αἰνῶς. & scribit Ὅτις αἰνῶν Dionys. Halicarn. libr. 1. antiq. Rom. monstratque ex Heziodi ἐγὼ δὲ ἡμέτερος Erasmus in Chiliadibus, quod illotis pedibus manibusve rem aliquam aggredi dicuntur, quicunque rudes & imparati accedunt. imitati Gentilium superstiosam lotionem Christiani veteres accusantur à Chrysostomo Homil. 6. in 2. Epist. ad Timoth. *Assuefecimus, scribit, nos lavare & orare, & quasi id non liceat illotis manibus facere, non libenter oramus, nisi ante lavarimus: proinde ac Denm offensuri, nisi ita faciamus.* quæ & alia ejusmodi caput 12. Tertullianus lib. de Oration. *vel eo coercendo ait. quod Gentibus æquent.* Duplex ceterum purificatio erat: Dis enim superis sacrificaturi sese lavabant, cum inferis rem sacram facturi tantum aspergebantur Ovid. Metam. lib. 5.

SPARGIT & ipse suos LAURO rorante
(capillos,
Incipit & solita fundere voce preces.

Virg. Æneid. lib. 4. ubi Dido sibi mortem parans Nutrici præcipit:

*Annam cara mihi nutrix huc siste sororem:
Dic corpus properet FLUVIALI SPARGERE
(LYMPHA
Et*

134 DEVETER: AC RECENT.

Et pecudes secum , & monstrata piacula
(ducat.

Sic veniat ; tuque ipsa pia tege tempora
(vittâ.

Sacra Jovi Stygio , quæ rite incepta pa-
(ravi ,

Perficere est animus.

& Virgil. Æneid. lib. 6. de Ænea , Misenum sepulturæ mandaturo , tanquam Sacerdote refert :

Idem ter socios pura circumtulit unda

SPARGENS rore levi & RAMO felicitis
(OLIVÆ.

asperfio ergo Olivæ vel Lauri ramo peragebatur , uti in nummis Augusti litt. A. B. vel aspergillo , cujus quatuor figuras ex nummis totidem Impp. J. Cæsaris , Tiberi , Nervæ & M: Aurel. Antonini sub. litt. D. collectas exhibemus. cum vero templum adibant intrabantque Græci , à sacerdote adspergebantur , teste Theodorito lib. 3. cap. 16. describente causam , cur Valentiniano Julianus infensus erat , his verbis : ἐπαισε τὸν νεωκόρον , μολύνθαι φήσας , οὐ κεκαθάρεθαι. id est , editum percussit , pollutum se inquit , non expiatum. nempe cum Principe templum Fortunæ ingressurus , aqua lustrali pro more conspersus erat. & Sozomeno , locuto : ἐπεὶ δὲ ἔμελ-

ἔμειλλεν ὑπερσμεῖσθαι τῷ ναῦ τὸν εἶδόν , θάλλας
 τινὰς διαβερόχως κατέχων ὁ ἱερεὺς , νόμῳ ἑλληνικῷ
 περιέρρανέ τῆς ἰσώνιας. *cum autem limen templi
 transiturus essent, virentes quosdam ramos ma-
 didos tenens Sacerdos, more Græcorum, intrantes
 asperxit.* in cuius lustrationis usum vasa, aquam
 continentia, quæ sub litt.C. & alia in templis col-
 locata docet Scipio Africanus apud Livium lib.
 37. cap. 3. ante fornicem, quam in Capitolio de-
 dicavit, duo labra marmorea ponens. quale athe-
 nis in Eleusinio fuisse Meursius ceram. gem.
 cap. 15. probat: εἰσῆλθεν εἰς τὸ ἐλευσίνιον, ἔχερ-
 νίψατο ἐξ ἱερᾶς χένιβῳ. *Ingressus est Eleusi-
 nium, lavit è sacro malluvio.* quo de ritu & per-
 sonis, qui lustratoriis adhibebantur plura videte
 apud sagaciss. Lomejer. in libro aureo de Lu-
 strationibus Veter: Gentil. cap. 13. & seqq.
 Refert item Leo de Modene cap. 7. & 11. de
 hodiernis Judæis, quod omnes, priusquam
 Synagogas intrant, cum mane è Lecto sur-
 gunt, manus atque ora sua Lavant, & idem
 observare, antequam ad mensas, librum ali-
 quem, vel rem sacram accedunt. antiquis ve-
 ro Hebræis oraturis necesse erat Sacerdotibus,
 manus atque pedes Lavare, neque sacris ritè
 operari potuit, cui illæ corporis partes illotæ
 erant, Secus facientibus mors denunciabatur
 Exod. 30. comm. 20. & 21. atque in templo
 Hierosolymitano æneum mare lavandis intran-
 tibus inservit, & quocunque festo Judæi aquâ

abluebantur. vide Buxtorf. Synagog. Judaic. cap. 4. comm. 10, 18, 20. ac Pocock & She-
 ringham à Geiero citatos de superstit. cap. 3.
 §. 33. Ægyptiorum Sacerdotes tertio quoque
 die corpus aquâ frigidâ abluebant, ter die,
 nocte bis. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 12. quem
 Lavandi ritum Gentiles, sacra peracturi, imi-
 tati sunt ab Hebræis. observabant diligenter
 etiam Lavantes, ut orientem spectarent ve-
 luti orantes. Virgil. Æneid. lib. 8. vers. 68.

Surgit & ætherei SPECTANS ORIEN-
(TIA SOLIS
LUMINA, rite cavis undam de flumine
(palmis
Sustulit.

vide Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 17. & Selden.
 lib. 3. de Syn. cap. 16. ratio Lavandi apud
 Judæos erat, quod Spiritus Dei omnem cursum
 vitæ humanæ per pedes manusque indicare
 solet. ita David Psalm 24. comm. 4. canit: *qui*
innocentes habet manus, in monte Domini (Je-
hovah) habitabit. & Psalm 73. vers. 2. & 119.
 vers. 59. *vias meas excogitavi, & pedes meos*
ad tuas testificationes verti. ipse Salvator noster
 Jesus Christus, ut Apostolis suis ideam purita-
 tis daret, quam sua sanguine pararent, hoc
 innuisse videtur, quando illorum pedes volebat
 lavare; cum enim Petrus Apostolus caput simul
 & manus lavatas petebat; Christus omnem
 rem

rem hisce verbis aperte declaravit: *qui lavatus est, nil præter pedum lavationem opus habet.*

Neque Sacerdotibus, sed cuilibet, sacrificia offerenti, & oranti Lavatio manuum opus erat, quod hisce explicuit Philo: *ante omnia seligatur mascula victima ex animalibus puris, ad Sacrificium, Juvenus, et agnus, aut bœdus, hanc qui offert, ablutas manus imponat ejus capiti. tum aliquis Sacerdos accipiet eam?* quod è Levit. cap. 22. comm. 5. & 6. sumpsit. ubi habetur: *aut quicumque tetigerit ullum reptile, quo quis impuratur, aut hominem, quo quis impuratur, secundum omnem immunditiam ejus. anima quæ tetigerit illud, immunda quoque erit ad vesperam, ne itaque comedito de illis rebus sacris, nisi laverit carnem suam aquâ.* Idem illud Jehova Moschi observandum populo præcepit. verba sunt Exod. 19. comm. 10: *et mandavit Jehova Moschi, ito ad ipsum populum, ut sanctifices eos hodie et cras, et laveret vestimenta sua.* quod comma 14. fecisse populum testatur. Nunquam & Javani, Mahomethanas leges secuti, templa, quæ Mesquitas vocant, priusquam loti sint, adeunt: Bandæ vero, & Insulæ Ternates Incolæ Gentiles ante ædes suas sacras ex ollis magnis, aquâ plenis, manus suas, ac pedes abluunt. Ita in urbe Araborum Mecha ex puteo quodam, *Zamzam* dicto, incolæ nonnulli aquam hau-

rientes peregrinis tradunt, quibus præceptum est corpus, & caput eadem ter lavare, eandemque bibere, secumque, si possint, auferre, Deumque orare, ut sibi sanitatem concedat, veniamque peccatorum tribuat. vide Arabiam Gabr. Sionitiæ, ac Joan. Hefronitæ cap. 7. quod juxta eosdem Scriptores Viatores, statim atque orationis tempus instare advertunt, perpetrant, simulantes se, si aqua desit, terrâ leviter effossâ, lavare. refert & Joan. Cottovicus in Itinerar. Hierosolym cap. 4. nihil Mahometanæ legis cultoribus magis curæ esse, quam lustrali aquâ bis terve in die sese abluere. Idcirco (scribit idem) *Messitis suis pulcherrimos adjungi fontes curant, quo commodius quotidianæ lustrationes, sive ablutiones ab omnibus templum ingressuris peragi queant. neque sine hac lotionem precari numen audent.* quam ita describit: *Brachiis ad cubitum usque denudatis, manus imprimis lavant: dein dextrum erectum Brachium, à manus summitate inchoantes, palmâ sinistræ manus abluunt, aqua per extremum cubitum in terram delabente: idem in sinistri Brachii ablutione observant. utroque abluto brachio, os, nasum, oculos, aures, faciem denique totam, collum item, verticemque capitis, mox et pudenda, postremo pedes, si nudi fuerint, si vero calceati, extremitatem tantum, superficiemque calcei aqua madefaciunt. hæc ad leviora vitia emendanda. ad*
gra-

ADORATIONIBUS. 139

graviora vero totius corporis lotionē opus esse stolidē arbitrabantur. sæpius inter lavandum submissa voce preces obmurmurantes atque inter alia Elhemdu lillahi, id est, gloria, vel laus deo: alii istag furlak, hoc est, peto veniam vel miserere mei, subjungentes.

Inter Christianos hodiernos pontificii æquam lustralem ad purificationem carnis, ac delictorum maxime tribuere sibi imaginantur, aliasque res produci, ac promoveri. quas singulas Thomas Neogeorgus libr. 3. de Papist. Regno his versibus comprehendit:

*Quin delicta etiam sacratæ aspergine
(lymphæ*

*Deleri credunt, procul cacodæmonas a-
(tros,*

*Pelli: nempe quibus tormentum pergrave
(gutta est.*

*Sæpius aspergunt igitur sese populorum-
(que:*

*Dextris excipiunt tensis, et vertice aperto
Ejus aquæ guttas summi, doctique Pa-*

*Semper et in templis mediis, atque ostia
(pistæ.*

*Æmula cum aspergillo astat, ne copia
(desit*

*Dæmonis arcendi, delendique omnia vitæ
Crimina.*

& fo-

& solenne inter illos carmen auditur :

Aquâ benedictâ

Deleantur tua delicta,

Sit tibi laus et vita.

quo de ritu tamen scriptores ante Gregorium Magnum Episcopum Romanum , nullam mentionem faciunt, utpote sibi ignoto, quod Theodoretus lib. 3. cap. 16. probat.

C A-

CAPUT XIII.

Velatio capitum *usitatissima. multas ob causas peracta. Christianis ignota. Serui error notatur. omnia sacra velato capite fiebant Diis, Saturno, Honore, Ope, & Hercule exceptis. Tutulum & Tutulati Sacerdotes. Dea Pietas velata pingitur, quod sacrificiis præsidet. Privati etiam velabant capita. interdum manus, in quibus oleæ ramum portabant. nummus imp Severi explicatus. mos hic Græcis proprius. ramum sæpe lanâ involvebant. à supplicando *ἐκ τῆς λαῖνᾱς* dicunt, ut Romani supplicem. ramos ad adoratos porrigebant supplices. velamentorum color purpureus & albus. hodierni Judæi quadratum flammeum usurpant. in nuptiis Rebecca sese velavit. Apost. Paulus. 1. Corinth. 11. vers. 10. explicatus. Mosche coram Deo faciem manibus abscondit, & velat, uti ipsi Angeli præ Majestate Dei.*

Post Lavationem publice Deos adituri sese velabant Romani, humiles se, & indignos
con-

142 DE VETER: AC RECENT.

confessi, aut veriti, ne quid mali ominis facra inturbaret. unde Virgilius lib. 4. *Æneid.*

— *Tuque ipsa pia tege tempore VITTA.*

rursus lib. 3. *Æneid.*

PURPUREO velare caput adopertus

(AMICTU.

ac Plautus in *Curcul.* act. 3. scen. 1. vers. 19.

Quis hic est, qui operto capite Æscula-
(*pium*

Salutat?

nam Itali auctore Ænea operiebant capita in sacris, uti Aurel. Victor refert in breviar. Histor: Rom: cum antea more Græcorum aperto capite sacrificarent. Velabant se multis de causis; ob Luctum in Funere; ob Pudorem in Nuptiis; ob Religionem in Re Divinâ faciendâ, Sacrisque Precationibus; & in Devotione sui ipsius Diis manibus, uti olim Decii, de quibus supra verba fecimus, sed & in Suppliciis publicis Plectendi obnubebantur, vel honestatis causa, vel commiserationis, ne interfectores suos aspicere cogerentur. hinc Cæsar & Pompejus inter occulorum manus, obducto capite, mori voluere. sic capitis damnatis reis in foro Romano mox caput velabatur præviâ solemni formulâ: *I lictor, colligato manus, verberato, caput obnubito, arbori infelici*

felici suspendito. videte Festum lib. 15. in voce obvolvere, Dempster ad rosin. lib. 8. & Quintilian. declam. 298. uti etiam apud Græcos damnatus impietatis Anaxagoras, & apud Horatium Satyr. 3. vers. 35. Damascippus non temere caput operuere. verba poëtæ sunt :

*Nam male re gesta cum vellem mittere
(operta*

Me capite in flumen.

cum è contrario Sinæ ex antiquo apud illos recepto more, nefastum putantes aperire caput illis, qui ad supplicium deducuntur, aperiant capita. in Jejuniis & mærore item Judæos ac Ægyptios operuisse capita docent sacra Scriptura 2. reg. 5. & Jerem. 14. ac Herodotus lib. 3. sub init. Victimas præterea, hostiasque vittis ornare, ac cornua earum inaurare solebant. sed cum hæc nobis aliena, ad Adorantium velationem redeo. optime Plinius lib. 16. cap. 4. *ferunt*, inquit *primum omnium Liberrum Patrem imposuisse capiti suo* (coronam) *ex hedera* : *postea deorum honori sacrificantes sumpsere, victimis simul coronatis.* Tertullianus idem affirmat lib. de Idololat. inquit : *ipsæ denique fores, & ipsæ hostiæ, & aræ, ipsi Ministri, & Sacerdotes eorum Coronantur.* quæ Coronatio, veluti velatio erat. de illâ Servius ad Virgil. lib. 3. æneid scribit : *sacrificantes omnibus Diis soliti sunt caput velare,*
no

ne se inter religionem vagis aliquid offerret obtutibus, excepto solum Saturno; ne numinis imitatio esse videretur. at non ita visum est Tertulliano, qui Apologetico insinuat capita Romanos velasse, pudoris celandi caulâ; nam ubi comparat modum orandi Christianorum cum modo Gentilium: *Christiani, inquit, oramus capite nudo, quia non erubescimus.* quod etiam in quotidianâ precatione in publico Ecclesiæ cætu, ubi viri & mulieres promiscue conveniunt, hodierni Christiani sequuntur, cum lex nova sit lex perfectæ libertatis ut Apostolus Jacobus cap. 2. vocat: Servius multum fallit, quod, solum Saturno excepto, sacra velato capite fieri dicit; Honori enim & Opi idem obtinuisse tradit Plutarchus problematum cap. 12. & Herculi apud aram maximam, dum sacra fiebant, dumque litabatur, omnes capite aperto, & invelato esse debebant testibus Macrobio lib. 3. Saturnal. cap. 12. Plutarcho problemat cap. 10. & nummo hoc eleganti maximi moduli apud F. de Camps pag. 22. notato lit. E. Pallium vero, quo Sacerdotes caput tutabantur sacrificaturi, Tutulum fuisse dictum notat ad Chalcidium Fulgentius. unde Tutulati dicti sunt teste Varrone libr. 6. de de ling. lat. sicut stola matronale operimentum, quod cooperto capite & Scapula à dextro latere in lævum humerum mittitur, vocatur ab Isidoro lib. 19. cap. 25. sic apud Ro-

manos



manos Varro lib. 4. de ling. lat. Ricam à ritu dictam ait; quod eâ fæminæ, sacra facientes, capita velent. Ita Diva Pietas velata, ut in nostro hic appicto sub littera F. ubique in nummis apparet, quod sacrificiis præest, quique ritus etiam observatur in altero nummo, littera G. notato; qui invenitur inter numismata attrea Ducis Croyi, & est Severi imperatoris; ut sacris operaturi, & tanquam pacatoris orbis; olivæ ramum gestantis, sive lauri, pace toto imperii limite post devictos adversarios stabilitâ, cum inscriptione FUNDATOR PACIS.

Legimus etiam de Mosche Exod. 3. comm. 6. quod faciem manibus operuit. idque præ duplici causa factum puto, conscientia nempe mali nostri, exemplo Adami Genes. 3. comm. 10. ac Petri Luc. 5. comm. 8. atque præ maiestatis divinæ sublimitate; cum ob Dei præsentiam ipsi Angeli faciem obvelare dicuntur Jes. 6. comm. 2. hinc Judæi orando aperive capita turpe putabant antiqui nec nos hodierni qui juxta Boxhornium in Synag. Jud. cap. 8. quotidie ad vespèram in synagoga oratum venientes; velant faciem capita in sinistrum latus propendentes, idque ab Hebreis haustum in usu esse apud Turcas videmus apud Giorgiovitz. lib. 1. de Ceremon. Turcar cap. 1.

Ad colorem quod attinet velamentorum, prætextura sive toga Sacerdotum, cujus pars
K
super-

superior ad cervicem, quæ scilicet sinistro humero infidebat, rejici solebat, & dextro deji-
ciebatur, atque in caput attrahebatur, cum sa-
cra fierent, ut docet Octav. Ferrarius de re
Vestiar. libr. 1. cap. 10. interdum purpurea
erat, & quidem plebeia ac vilis. ita Cicero,
ut Augur; pro Sextio de Pisone ait: *vestitus
aspere nostra hac purpura plebeia ac pene fusca.*
& D. Gregorius Nyssenus orat de S. Theodo-
ro: *me etiam imperatorum horum miseret, quod
eum per se satis magna inter homines dignitate
ob regium imperium præditi sint, Pontificis ap-
pellationem sibi sumpserunt, et lugubri obscura-
que purpurâ bujus dignitatis nomine induuntur
ad imitationem infelicium Pontificum.*

Velamentum autem, quo caput operieba-
tur in sacrificiis Fidei, ex albo panno fuisse,
scribit Acron. ad od. 35. lib. 1. Horatii, fac-
tum id insinuando albori & puritati; quo per-
tinere potest illud Symmachi libr. 4. ep. 42.
*Alba velamiua, non segmentati amictus, fidem
vestiant.* Vestales quoque aliique Sacerdotes
ac populus albo suffibulo capita velabant testi-
bus Tertulliano in libro de pallio; Plutarcho
in Quæstion. Roman; & præter multos alios
Ovid. fast. lib. 1.

*Vestibus intactis Tarpejas itur in arces,
Et populus festa concolor ipse suo est.*

interdum Phrygio amictu utebantur, cu-
jus

jus ectipum hîc in nummo exhibemus sub litt. H. ex L. Pignorii libro de magn. matr. idææ initiis. sic Virgil. Æneid. lib. 3.

Et capita ante aras Phrygio velamur amictu.

Interdum & velatis manibus incessisse Plaut. in Amphytr. act. 1. Scen. 1. Virgil. libr. 2. Æneid. & lib. 7. probant, nec non nummus Imp. Severi, in quo oratores duo ramis velati pacera exposcunt, apud J. Oudaan in libro suo de Potentia Romanorum, qui rami nonnunquam lanâ involuti erant teste Plutarcho in Thes. & Liv. lib. 9. de legatis Locrensiū, Græcis *ἐνθηστὰς* vocabantur.

CAPUT XIV.

Purpurea sive Lutea equidem ac Candida Vestis Adorantibus usitatissima. color albus letitiæ signum, & Diis gratus habebatur. Horatius illustratus. Niger vero infaustus. Inferos adorantes nigra veste induebantur. Judæorum Summus Pontifex, & omnes Sacerdotes ex Dei precepto albis vestibus utebantur, quas balthæo revinciebant. Romanis in sacris nil religatum erat. Turci hodierni nigrum colorem infaustum, album & viridem Sacerrimos æstimant. squalidâ veste nonnullæ Gentes antiquitus procedebant ad misericordiam commovendum. Alba Vestis Baptisatis apud Christianos veteres usitatissima. significatus cujusque coloris ex Alciato. Pontificiorum Sacerdotibus alba vestimenta ad sacra in usu.

Ut albis purpureisque velamentis, ita etiam purpurea atque in candida veste deos solebant adire. Plautus in rudente act. 1. scen. 5. vers. 11.

Æquius

————— *Æquius vos erat*
Candidatas venire, hostiatusque ad hoc
Fanum: ad istunc modum non veniri solet.

hinc Philo Judæus inquit, albis indutos vesti-
bus, & quæ sint ab omnibus maculis puræ,
ut templa adirent, studiose observare: *Color*
enim albus, inquit Cicero lib. 2. de legib. *præ-*
cipue decorus Deo est, tum in ceteris, tum ma-
xime in textili. ita intelligenda etiam sunt Nar-
sonis verba lib. 1. vers. 79. fast.

VESTIBUS INTACTIS *Tarpejas itur*
Et populus festo concolor ipse suo est. (ad arces,

& Tibulli lib. 2. eleg. 1. vers. 13.

CASTA *placent Superis.* PURA *cum veste*
(*venite.*)

optime Servius explicat ad lib. 2. æneid. vers. 169. quomodo pura vestis intelligi debet. *impolluta*, scribit, *Et pura dicitur vestis, quâ festis diebus uti consueverant sacra celebraturi: ut neque funesta sit, neque fulgerata, neque maculam habeat* Θ. K. *homine mortuo. Est autem Linea Et purpurea.* ergo & lutea vestis in adorationibus. vide Tibul. lib. 1. eleg. 8. vers. 45. & hoc etiam Græcis usitatum Curtius docet lib. 4. cap. 13. inquit: *Alexander non alias magis territus, ad vota, Et preces Aristandrum*

 K_3

voca-

150 DE VETER: AC RECENT.

vocari jubet. ille in candida veste, verbenas manu præferens, capite velato, præibat preces regis, Minervam, Jovem, Victoriæque propitianti. color enim albus lætitiæ maxime convenire credebatur, faustus quippe, ac felix, & Diis immortalibus gratus, ut præter Ciceronem Plato inquit lib. 12. de republ. verba sunt: Diis immortalibus albus color convenit, & lætitiæ signum præfert. unde factum, ut in sacrificiis, conviviis, ac spectaculis albis vestibus uterentur. elegans ad hanc rem Vopisci locus est in vita Taciti imperatoris. Quo in principem, scribit, loco, senatores elati. lætitiæ albatî sederunt, atque albas hostias immolarunt, nec ineleganter Prudentius contra Symmachum canit:

*Candidiore toga niveum pietatis amictum
Sumere.*

loquitur autem de lætitiâ publicâ, quâ Dis gratias albatî agebant, atque ita Persius Satyr. 2.

————— ———— ———— *Negato*
Juppiter hoc illi, quamvis te albata ro-
(garit.

hinc Lyricus *candidos* vocat Favonios, ut læta & fausta omnia candida dicimus, atra vero infasta, tristia. locus Horatii est od. 7. libr. 3. carmin. vers. 1.

Quid

*Quid fles Asterie, quem tibi candidi
Primo restituent Vere Favonii.*

album viventis symbolum vocat Hieronymus in
Esa. 66. huc spectat illud Virgil. Eclog. 5.

Candidus insuetum miratur limen Olympi.

Inferis sacrificantes & orantes nigra veste induebantur. Orpheus Argonaut. vers. 963.

Ὁρφεὺν αἰὲς ἰσαμύνθη φάρη, καὶ ἀπεχθία
(χαλκὶν

Κρόων ελλισαμῆν.

*Nigraque indutus pallâ, & inimicum æs
Pulsans, preces fudi.*

nam *Diis lævis*, ut refert Arnobius libr. 7. *sedes habitantibus inferas color furvus est gratior.* qui mos Judæis antiquitus notus fuit. illorum enim Summus Pontifex, ac minores Sacerdotes *alba vestimenta*, כִּנְרִי לָבוּ, *bigde Laban*, gestabant, juxta Dei preceptum Levit. 16. vers. 4. & 23. & Exod. 28. ipse Christus Dan. 7. vers. 9. in throno apparuit alba veste, quæ indicium puritatis, & justitiæ erat, quod ille justissimus pro injustis mortuus est, quamobrem jam veritatis amici vestes suas in ejus sanguine albas fecerunt, & justos sese præstiterunt. Apoc. 7. vers. 11.

Judæi ceterum, facientes sacra, balteis corpus revinciebant juxta Dei præceptum Exod.

152 DE VETER: AC RECENſT.

29. verſ. 9. *filios quoque Aaronis applicabis, & indues tunicis lineis, cingesque balthæo.* quod factum narratur Levit. caput 8. *filios Aaronis oblatos veſtivit tunicis lineis, & cinxit balthæis, impoſuitque mitras, ut jufferat Deus.* de cujus Coloribus, Texturâ, & Formâ legito Sigonium, Cunæum, & Wilhelm. Goeree de republ. Hebræorum, cum Romanis in ſacris reſolutoriis nihil religatum eſſet, ſicuti Servius notat ad illud Virgilii lib. 4. *æneid*:

*Unum exuta pedem vinclis in veſte re-
(cinctâ.*

inquit & Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 17. tom. 1. *pura, & religioſa dicebatur veſtis, quaremdivinam facturi, feſto utuntur die. ea quidem erat ſoluta omni vinculo.* huc facit Maronis locus lib. 2. *æneid*:

Eripui, fateor, letho me, & vincula rupi.

quod clarius Tibullus docet lib. 1. eleg. 5. verſ. 15. in hiſce:

*Ipſe ego velatus filo, tunicisque ſolutis,
Vota novem Triviæ nocte ſilente dedi.*

Interdum ſqualida veſte procedebant. de Siculis ſcribit Juſtinus lib. 4. *denuo legatos Athenas mittunt, qui ſordida veſte, capillo, barbaque prolaxis, & omnis ſqualoris habitu ad Miſericordiam commovendam acquiſito, concionem deſor-*

deformes addeunt. de Græcis intelligenda sunt Senecæ verba in Thyeste act. 3. scen. 2. vers. 524.

Vos quoque senum præsidia, vos Juvenes,
(meo
Pendete collo, squallidam vestem exue.

ita Gibionitæ Jos. 9. comm. 3. Hebræos fallabant in pangendo fœdere. *Habitatores autem Gibbonis*, habetur in textu, *quum audivissent, quæ fecerat Josua Jerichunti, & Hajo.* ipsi quoque fieri curaverunt astu, ut sui abeuntes fingerent, se legatos venisse è longinquo: *sumentes novos saccos tritos imposuerunt asinis suis, & utres vini tritos, ruptosque, & colligatos; & calceamenta trita, & resarta pedibus suis, ac vestimenta trita sibi induta.* atque Ninivitas, ut pœnitentiam suam de peccatis Deo testificarent, videmus Jon. 3. comm. 8 & 9. se coram Deo ciliciis operuisse. *Et postquam convocasset populum, edixit Nineves ex sententia regis, & procerum ejus; dicendo, homines, jumenta, & armenta, & greges ne gustanto quidquam, ne pascuntor, et aquas ne bibunto, sed operiunto se ciliciis, homines cum jumentis, et inclamanto Deum fortiter.* quem morem maxime apud Judæos obtinuisse docet Josephus in angustis, lib. 19. cap. 7. ad finem, ubi de populi luctu super Agrippæ regis mortem ista refert: *quam ob rem totus illico populus,*

K 5

154 DE VETER: AC RECENT.

*lus, una cum fæminis, ac pueris, more patrio et antiquo, ciliciis se operuit, Deum pro salute regis oravit, et omnia ubique fletibus suis, ac ululatibus complevit. quali vestitu & Regem Davidem Dei misericordiam implorasse idem lib. 7. cap. 19. Judaic. Histor. scribit. Nec Ægyptii album colorem in vestitu spreverunt, ut Suetonius in Augusto cap. 99. refert: forte Puteolanum sinum prætervehenti vectores, nau-
teque de navi Alexandrina, quæ quidem tunc appulerat, candidati, coronatique et thuralibantes, fausta omnia et eximias laudes congefserant. nec prætereundus Christianæ ecclesiæ ritus circa album vestem de recenti baptizatis; de qua ita Pontius Paulinus:*

*Inde Parens sacro ducit de fonte Sacerdos,
Infantes niveos corpore, corde, habitu.*

ipsâ in America apud Peruanos olim Sacerdotes fuisse scribunt itinerarii, & ex his Lipsius in Monit. & Exempl. Politic. lib. 1. cap. 3. qui veste candida Deos suos adibant, salutabant & sermocinabantur, oculis in terram dimissis. Optime Colorum varietates & illorum significationes describit emblemate 56. lib. 2. Clarissimus Andreas Alciatus.

*Index mæstitiæ est pullus color; utimur omnes
Hoc habitu, tumulis quum damus inferias:
At synceri animi, et mentis stola candida puræ,
Hinc sindon sacris linea sacra viris.*

Nos

ADORATIONIBUS. 155

*Nos sperare docet viridis, spes dicitur esse
In viridi, quoties irrita retro cadit.*

inter Christianos Sacerdotes Pontificii in adorando albis vestimentis incedunt, quæ sacrata dicuntur, quibus in usu quotidiano non uti, nisi in ecclesia tantum, constituit Stephanus, & statutum est Concilio Bracarenfi, ne Sacerdos sine Oratorio celebret Missam, cum primis temporibus communi vestimento induti Missas ministrarent; uti hætenus nonnulli Orientales observant. reformatæ vero ecclesiæ ministri sacra veste non utuntur, nisi nigrâ & quotidiana. quem colorem Turci infauustum æstimant. Busbequius epist. 1. legationis Turcicæ inquit: *niger apud eos color vilis, infau-
stusque habetur. itaque apparere ibi aliquem in
veste nigra, fædi scævique ominis est, adeo, ut
aliquando Bassæ nos cum veste nigra ad se acce-
dere et mirarentur, et serio conquererentur. nec
quisquam ibi cum nigro vestitu in publicum, nisi
ærumnosus, prodit, quem vel insignis pauper-
tas, vel gravis aliqua calamitas premat. Viri-
dis color, atque Albus facerrimi habentur, ut
idem Busbequius inferius tradit.*

C A.

CAPUT XV.

Pythagoræ symbolum illustratur. nudis pedibus ad adorationem incedunt Hebræi. Mosche & Josua à Deo calceos solvere jussi. Divus Leo & Juvenalis Dempsterus ac Braunius notantur. illud Turci secuti. qua de causâ institutum. Indi coram Fakirorum Summo calceamenta deponunt honoris ergo. Romanis nudipedalia aliquando observata. Ne-fas apud Cretenses habetur Dianæ Britomartis templum calcatis pedibus adire, Juvenalis elegans locus explicatus. merus pes pro nudus pes dicitur. quid vinum merum sit inquiritur. Christiani nonnulli in processionibus, & crucis adoratione nudis pedibus incedunt. prohibitum Pontificum institutis sacram Eucharistiam nudis pedibus conficere. Calceati pedes instituti, ne serpens pedes posset mordere, at à nobis calcatus obteratur.

Præcepti Pythagoræ (Nudis pedibus rem divinam facito, & adorato) quod Jamblīchus

blichus in ejus vita cap. 23. refert, in solemnibus sacrorum pompis à mulieribus observati, pauca vestigia reperiuntur, idque tamen in solutione votorum factum apud Judæos lib. 2. cap. 15. deo bello Judaic Josephus refert: cum Berenice, soror Agrippæ regis, Hierosolymam venisset, ut vota Deo solveret; is enim mos est, qui morbo, vel aliis necessitatibus implicantur, orare per aliquot dies, antequam immolent hostias, abstinere quoque vino, et capillos radere, quem morem Berenice regina nudipes illis exercuit diebus. Mosi certe, & Josuæ, Naves filio, Deus præcepit, ut calceamenta solverent; quod, in quibus starent locis; terra sancta erat. Exod. cap. 3. comm. 5. & Jos. cap. 5. comm. 15. hinc illa Divi Leonis in quodam de Jejuniis sermone exclamatio de Hebræis. *babeant, inquit, illi nudipedalia sua; et in tristitia vultuum ostendant ociosa jejunia.* sed æque erronea illius opinio de nudipedalibus Judæorum est, quam Juvenalis iste versus de ritu sabbathi, mero pede observati, fallit, qui invenitur Satyr. 6.

Observant ubi festa mero pede Sabbathæ reges.

ubi eleganter sane *mero* pro *nudo pede* scribit, quia veluti vinum, in quo nihil aliud, quam *vinum*, *merum* vocatur, sic *merus pes*, ubi nihil aliud, quam pes, nec calceus, nec tibi-
alia, sed nugæ prodit de Judæis, qui potius,
quam

158 DE VETER: AC RECENT.

quam ut nudipedes incederent, omnibus vestibus sabbathinis sese induebant, ut sabbathum vestium luxu honorarent, uti Magnus Buxtorfius in Synag. Jud. cap. 15. & 16. eleganter observat. verissimum est apud illos Sacerdotes totumque populum discalceatos incessisse in magno Expiationis die testibus Massecheth Joma cap. 8. §. 1. & Jonath. ac Drusio ad Levitic. 16. 29. & Buxtorf. in Synag: Jud: cap. 26. idque ipsum factum in jejuniis, pro necessitate temporis sæpe institutis, ex Zachariæ vaticiniis cap. 8. comm. 19. colligi potest, ut prolixè de illis Buxtorfius libro citato cap. 30. agit; verum inde non probatur, ut Dempsterus ad Rosinum pag. 439 tentat, Nudipedalia proprium festum Judæorum fuisse, vel per Sabbata Juvenalem intellexisse jejunia, sicuti doctiss. J. Braunius probare voluerit lib. 1. cap. 13. de Vestib. Sacr. Hebræor. & ante nos Clariss. A. Byneus in lib. 2. de Calc. Hebr. cap. 4. monuit, multisque argumentis conatus est probare.

Hodie quoque Mauri, Sarraceni, Indique gentiles templa, in quibus sacra facturi sunt, non ingrediuntur; nisi calceis deposuerint. quod, ex Hebræorum legibus mutatum aliquantisper, exscripsit in Alcorano suo Machometus Turcarum legislator & propheta. & hujus ceremoniæ ratio videtur, ut pedum nuditas religiosum timorem animo incuteret, & foris

foris cum testatum faceret. vel potius, ut sic puritas & simplicitas animi, terrenis affectibus exuti demonstraretur. unde Lyranus in comm. 5. cap. 3 Exodi inquit: *ideo jubetur Moses solvere calceamentum, quia nullus digne coram Deo consistere, vel Deum videre potest. nisi mortalia vitia deponat.* mystice enim calceamenta opera mortua significare possunt.

Apud Indos Fakirorum Machometi superstitionem consentientium Principem populus, cum sanctum, ac pene divinum credat, non accedit, nisi calceamenta sua deposuerit; uti præter alios refert Tavernier tom. 2. pag. 305. Itiner. indic.

Sed quid Romani? Nudipedalia certe nonnullis in casibus observarunt. audite Tertullianum in Apologetico: *ex eo enim, scribit, & innocentia seculi iniquitates temperavit, & deprecatores Dei esse ceperunt: denique cum ab imbribus æstiva hyberna suspendunt, & annus in cura est, quotidie vos quidem pasti, statimque pransuri balneis, & cauponis, & lupanaribus operati, Aquilitia Jovi immolatis, Nudipedalia populo denuntiatis, cælum apud Capitolium quæritis, nubila de laquearibus expectatis, averfi ab ipso, & Deo, et cælo. ita mulieres stolatæ, inquit Petronius, ibant nudis pedibus in clivum passis capillis, mentibus puris, et Jovem aquam exorabant. nec intrare ulli licuit apud Creteneses Dianæ templum, nisi nudis*

nudis pedibus teste Solino cap. 11. *Ædem numinis, præterquam nudus vestigia, nullus licito ingreditur.*

In processionibus, & adoratione crucis nudis quoque pedibus Christiani nonnulli incedunt, licet ex ceremoniarum ritu, & Pontificum institutis prohibitum sit sacram Eucharistiam nudis pedibus conficere, & D. Cyprianus calceatos nos pedes habere debere in Præparat. Evangel. moneat: *ut serpens à nobis calcatus obteratur, neve armatos pedes possit mordere.*

In Lemuriis festis is, qui Manes placaturus erat, intempesta nocte surgebat, nudis pedibus, aqua fontana se abluebat, & junctis digitis cum medio pollice nigras fabas à tergo jaciebat, & pulsato ære rogabat, ut ex ædibus timbræ exirent. ita Ovid. fast. lib. 5. vers. 429.

Nox ubi jam media est somnoque silentia
(præbet,

Et canis et variae conticuiſtis aves;
Ille, memor veteris ritus timidusque deo-
(rum,

Surgit. habent gemini vincula nulla
(pedes.

in Magicis vero sacris unum tantum pedem exuebant Magæ. uti describit Virgilius æneid. lib. 4. vers. 518.

Unum

*Unum exuta pedem vinculis in veste re-
(cincta.*

Ovid. lib. 7. metam.

*Tectis egreditur vestes induta recinctas,
Nuda pedem, nudos humeris infusa ca-
(pillos.*

& Senec. in Med. act. 4. scen. 2.

*Tibi more gentis vinculo solvens comam,
Secreta nudo nemora lustravi pede.*

quod autem Ovidius fast. libr. 4. vers. 395.
canit,

*Forte revertabar festis Vestalibus illac,
Qua via Romana nunc nova juncta fo-
(ro est.*

Huc pede matronam nudo descendere vidi.

non observatum ritum fuisse docet sequenti
versu, utpotè rei novitate ac spectaculo atton-
nitus,

Obstupui tacitus, sustinuique gradum.

sic Florus lib. 1. cap. 13. refert, quod Vir-
gines ex sacra Vestæ domo nudo pede fugien-
tia sacra comitabantur, non quod alias nudi-
pedes esse solebant, sed ob luctum & summum
periculum, quod à Gallis urbi imminabat; ast,
ut Plato refert, triumphales viri, & qui am-
plissi-

plissimos honores adepti fuissent, in triumphi ornatu aut in prætexta lotis manibus, & fronte coronati, sancti & venerabiles, nudis pedibus & tonsa coma ad rem divinam accedebant, idque jam à Pythagora traditum Lacedæmonii observarunt, qui nudis pedibus adorandum sacrificandumque censuerunt.

De tempore vero, quo nudipedalia apud hos primum celebrata sunt, audite Cæl. Rhodiginum Antiq. Læction. lib. 15. cap. 6. *in libro*, inquit, *temporum ab Eusebio mandatum memoriæ est, apud Lacedæmonios sacra nudipedalia primum acta, cum regnaret Romæ Tullius Hostilius.* Prudentius quoque de nudipedalibus in Sacris Isidis, quæ aliis Cybele, canit libr. Peristeph. hymn. 14. vers. 145.

*Nudare plantas ante carpentum scio
Procures togatos matris Idææ Sacris.*

Carpento enim vectum simulacrum illud Cybeles, tanquam lugentis ob Attidis ἐνλομήν & ἀφανισμὸς sacrum nudis pedibus præcedebant Senatores cum planctu & lamentis. quam in rem facit elegans marmor apud Petr. Sanct. Bartolum in Admirand. Roman. referens sacrificium Magnæ Matris, quare hic adponendum duximus. Tertull. in carn. ad Senator. cap. 2.

*Caligæque remotâ
Gallica, sit pedibus mollis redimita papyrus.*

uti



J.S. Scott.

uti optime Balduinus legit, cum vulgata lectio perperam erat, *sit pedibus molli redimita papyro*. ita ut sensus sit, sint pedes molli tantum papyro redimiti, postquam caligæ, quæ crassiora sunt pedum integumenta, remotæ fuerint; & ejusmodi papyri membranulis cum pedes indutos illi sacerdotes haberent, ἀνπόδοι dici poterant seu discalceati, nudisque pedibus incedere, cum proprie nec calceorum nec solearum usum membranulæ illæ præstarent. Calceos exuisse Varias Gentes tradit Justinus Martyr. apolog. 2. Callimachus vero in hymn. in Cerer. vers. 125. & Valer. Flaccus lib. 2. idem à Græcis non raro factum probant, & notabilis Callimachi locus est de fæminis sacris Cereris operantibus, aut pompæ Cerealis comitibus; quod discalceatæ essent, quare huc transferre lubet:

Ὡς δ' ἀπεδίλωτοι ἢ ἀνάμυκες ἄστυ πατόμεν.

Ὡς πόδας ὡς κεφαλὰς παναπηρέας ἔχομεν αἰεὶ.

Et quemadmodum discalceatæ et vittis exutæ

(urbem perambulamus,

Sic pedes, sic capita omnis prorsus damni ex-

(pertia semper habeamus.

Strabo Germanorum Sacerdotes γυμνοπόδας describit lib. 7. atque Silius Ital. lib. 3. Herculis Sacerdotes nudipedes tradit, quomodo Druidas ex vetustissimo templi cujusdam saxo sistit Cunradus Celtes in Norimb. cap. 3. Refert

quoque Legatus Æthiopum Christianorum
 apud Damianum Goensem : *nobis non datur
 potestas templum adeundi nisi nudis pedibus.* &
 Paulus Diaconus part. 4. auctor est, Justinia-
 no imperante, terræ motu Antiochia concussa.
 cives superstitēs discalceatos Litanias cecinisse,
 clamantes, *Χύε ελέησον,* & Concilium Ma-
 guntiacum canon. 33. Christianis ita discal-
 ceatis procedendum præscripsit.

CAPUT XVI.

Superstitio veterum in adeundis templis pede dextro, quod etiam ad honorandum Magnates factum, idque prospero, ut sinistro pede incedere, malo omine fiebat. Demissio oculorum erga Deos submissio est habita & verecundiæ signum, Christiani erecto vultu orant. demissis oculis apud Gentes novæ nuptæ incedunt. in sacris etiam adoratores Gentiles in cælum oculos erigebant. sæpe adoratores frontem tangebant manusque fronti imponebant, uti hodie Indi nonnulli faciunt. frons pro pudore ipso, vel pudoris templo ponitur. phrasilogiæ variæ de fronte expositæ. frons dura, mollis, firma, & exanguis. in angustiis adoraturæ crines solvebant. quod & ab Christianis sæpe mulieribus in Litaniis ac processionibus perpetratum. crinibus templa verrebantur in suppliciis; raro etiam in re læta ac solenni & accuratâ religione Crines solvebantur.

Quoniam vero antiqui credebant partem dextram bonam ac propitiam, pede dextro incedebant deorumque templa ingrediebantur. sic Virgilius lib. 8. *Æneid.*

Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.
hoc est, uti Servius interpretatur, propitius & prospero omine. inde D. Augustinus inquit: *sic solemus dicere secundo pede introiisse, cuius introitum prosperitas aliqua consecuta sit.* prodit etiam Jamblichus præcepisse Pythagoram: *in templa per dextram ingreditur: per sinistram exito.* hinc, ne supplices laberentur officio suo, scribebatur: DEXTRO PEDE. quod ad honorandum Magnates quoque factum docet Petronius cap. 30. inquit: *his repleti voluptatibus, cum conaremur in triclinium intrare, exclamavit unus ex pueris, qui super hoc officium erat positus: DEXTRO PEDE.* sinistro enim pede incedere, improspere omine & inauspicato fieri credebatur. ita Apulejus lib. 1. de Asino Aureo ait: *sed, ut fieri assolet, sinistro pede profectum me spes compendii frustrata est.* & teste Suetonio in Augusto cap. 92. ipse auspicia & omina quædam pro certissimis observabat, ita, ut si mane sibi calceus perperam, ac sinister pro dextro induceretur, id ut dirum omen abhorreret. atque Vitruvius lib. 3. cap. 3. ait. *Gradus in fronte constituendi sunt, ut semper sint impares; namque*
cum

cum dextro pede primus gradus ascenditur, idem in summo templo primus erit ponendus. ad superstitionem nempe referendum hoc, quod veteres mali ominis tenebant, si quis pedem sinistrum ultra limen proferret, aut intra, aut etiam pede offenderet in ipsum limen, cum dextrum sinistro opponitur ut faustum atque felix. Apulej. libr. 2. Miles. sisque felix, Et iter dexterum pergas. sic Dexter Apollo apud Stat. 5, Sylv. 1. vers. 13. & Dextri Dei ibid. vers. 71. & Barthius ad libr. 3. Thebaid. scribit: Numina dextra, quæ favere credebantur; læva, quæ placanda, ne nocerent. ita dextera progressio, dexter pes læti ominis, lævus gradus malum portendit.

Demittebant oculos nonnulli, quo majorem erga deos submissionem indicarent, adeuntes templa atque deos adorantes, uti ad hunc ritum, non ad pavorem Turni respexit Poëta lib. 12. Æneid. canens:

—— Incessu tacito progressus, Et aram
Suppliciter venerans demisso lumine Turnus.

unde Lactantius scribit: *aut in cælis sunt vestri Dii, aut non. si non essent in cælis, eos non coleretis. quod si sunt in cælis, cur non in cælos oculos tollitis, Et advocatis eorum nominibus, in aperto sacrificium celebretis?* & Baruch sive Jeremias de Babyloniorum Sacerdotibus refert, *sedent Babyloniorum Sacerdotes in Idolo-*

*rum edibus habentes tunicas scissas, & capita
& barbam rasam, quorum capite ἀκαλυπτα
sunt nuda.*

Eodem sensu accipio verba Claudiani lib. 1.
de Raptu Proserpinæ:

— Genibusque suas cum supplice vultu
Admovere manus, quarum sub jure te-
(nentur
Omnia.

& hunc ritum, ut Senecæ Philosophi verbis
utar lib. 7. cap. 30. natural. quæst. *Aristoteles
probat*, quando egregie ait: *nunquam nos vere-
cundiores esse debere, quam, cum de Diis agi-
tur. si intramus templa, compositi; si ad sacri-
ficiū accessuri vultum submittimus, togam ad-
ducimus, si in omne argumentum modestiæ fin-
gimur.* unde ad hominum venerationes trans-
latus est. sic Petronius; hæc dum refert, lo-
quitur, *Puer calicem projecit; ad quem respiciens
Trimalchio: cito; inquit, te ipsum cæde, quia
nugaxes. Statim puer demisso labro, orare. sci-
licet cœpit.* Nos vero Christiani, Salvato-
ris promissionibus nixi, sine ullo metu oculos
in cælum orantes erigimus. Prudentius in A-
potheosi adv. Judæos canit:

*Dum tremefacta cohors, Dominique oblita,
(supinas
Erigit ad cælum facies, atque invocat Iesum.*

atque

I



K



L



J. S. Kie.

atque hoc eleganter numisma maximum Imperatoris Heraclii confirmat, cujus una facies hic exhibetur, referens Imperatorem coronatum, manibus barbam tenentem atque erecto Deum vultu adorantem sub littera I.

Certissimum Gentiles verecundiæ signum purabant hanc oculorum demissionem, uti Polynices propter parricidium, & matris incestum Staius lib. 1. Thebaid. vers. 673. factitasse canit.

*Dejecit mæstos extemplo Ismenius heros
In terram vultus, taciteque ad Tydea læ-*
(sum,
Obliquare oculos.

ideo & Novæ Nuptæ vultus demittere solebant. uti idem lib. 2. Theb. vers. 230 testatur:

Ibant insignes vultuque, habituque ve-
(rendo,
Candida purpureum fusæ super ora pudor-
(rem,
Dejectæque genas. tacitæ subit ille supre-
(mus
Virginitatis amor, primæque modestia
(culpæ
Confundit vultus.

nonnulli tamen considerantes, quod numen juxta illud carmen Ovidii,

L 5

Os

170 DE VETER: AC RECENT.

*Os homini sublime dedit, cœlumque videre
Jussit, & erectos ad sidera tollere vultus.*

erecto in cœlum vultu orabant. Homer. Iliad. τ.

Ἀγξάμενος δὲ ἄεγε εἶπεν, ἰδὼν ἐς ἄστρον
(ἀστὺν.
Supplicans autem dixit suspiciens in cœlum
(*latum.*

& Virgil. libr. 2. Æneid.

*At pater Anchises oculos ad sidera lætus
Extulit, & cœlo palmas cum voce tetendit.*

Alter incedentium mos erat frontem tangere, manusque fronti imponere; frontem enim sacram Genio dicit Alexander ab Alex. lib. 2. Genial. diæ. cap. 19. quod optime ad illa Eclogæ. 6. Virgilii in principio:

— *Cynthus aurem
Vellit, & admonuit.*

& libr. 3. Æneid.

*Dixerat, & genua amplexus, genibusque
(volutans
Hærebat.*

observat Servius, inquiens: *frontem Genio consecratam Physici dicunt: unde Deum venerantes, tangimus frontem.* & ad ejus Eclog. 6. notat

notat Aurem memoriæ, Frontem Genio, Dig-
 itos Minervæ, Genua Misericordiæ conse-
 crata fuisse. simile quid hodie apud Gentiles
 nonnullos Indos observatur, quorum qui reli-
 gionis ergo ad templum Bezouarticum in reg-
 no Golconda profiscuntur, manus, simulac
 introeunt, complicant, & fronti imponunt,
 teste Tavernier, tom. 2. pag. 139. sed quid
 Bandæ, & circumjacentium Insularum In-
 colæ? tradunt scriptores in libro de Ortu &
 Progressu Societatis Belgicæ ad res Indiæ Orien-
 talis, hos in precis sine bis terve manus su-
 per faciem movere, & urbis Vintanæ inco-
 las in regno Candy corpus in terram projice-
 re primo, tunc surgentes manus supra caput
 complicare, & precari. quod etiam memora-
 tus Tavernier de Benjanis citato tomo 2. pag.
 334. testatur.

Fronti etiam manus antiquitus imponebant
 adoratores, quia frontem pudoris templum
 credebant, uti vetus Scholiastes ad Persii Sa-
 tyram 5. notat. ubi ipse Persius *frontem pro*
ipso pudore ponit. vers. 102.

*Navem si poscat sibi personatus arator
 Luciferi rudis, exclamet Melicerta perisse*

& Terentius, *qua fronte*, id est, pudore, lo-
 quitur; pudentes enim rubescimus, quod à
 sanguine est. *Frons ἡ αἰδώς*. Theoginis:

Αἰδώς

Αἰδώς μὲν γὰρ ὀλώλεν, ἀναιδείη δὲ ἢ ἤ ὑβρις
 Νικήσασα δίκῃ γινώ μὲν πᾶσαν ἔχει.

periit quidem pudor : impudentia autem, & contumelia praevalentes totam terram occupant. hinc illæ phrafiologiæ, *frons dura*, extremæ impudentiæ : *Mollis*, nimii pudoris : quas inter media *firma* est : uti illam vocat Seneca de tranquil. anim. cap. 4. *quorundam parum idonea est verecundia rebus civilibus : quæ firmam frontem desiderant.* dixit & Plinius in Panegy. Trajani cap. 35. *frontem exanguem*, id est, impudentem, duram ac ferream.

Quartus modus consistebat in solutione criminum in angustiiis, licet hoc nimium vile & generosum crederetur, neque nisi in magnis rerum difficultatibus fieret teste Polybio libr. 3. at Tibullo libr. 1. eleg. 3. vers. 30. auctore, raro in re læta,

*Et mea votivas persolvens Delia noctes,
 Ante sacras lino tecta fores sedeat.
 Bisque die resoluta comas tibi dicere laudes
 Insignis turba debeat in Pharia.*

de primo casu Ovidius canit lib. 3. fast.

*Si qua tamen gravida est, resoluta crine
 (precetur,
 Ut solveret partus molliter ipse suas,*

quod

quod egregie probat achates ex Gorlæi tom. 2. sub. litt. L. quod etiam à Christianis mulieribus in litanis, & processionibus factum Gregorius Turonensis lib. 3. cap. 29. scribit: *at illi in tanta humilitate ad Deum conversi sunt, ut induti Ciliciis, abstinentes à cibis, & poculis, cum tunica B. Vincentii Martyris, murbs civitatis psallendo circuirent: mulieres quoque amictæ nigris palliis, dissolutâ cesarie, superposito cinere, ut eas putares virorum funeribus deservire, plangendo sequebantur. ita solutis crinibus incedere luctus signum habebatur, teste Fortunatâ apud Petronium, qui ita: concurrere medici, & inter primos Fortunata crinibus passis, cum scypho, miseramque se, & infelicem proclamavit. quod factitabat, quia Trimalchio collo laborabat. probante & illud nummo isto litera K. notato, ubi Ceres, vel ejus Sacerdos sparsis capillis cernitur.*

Fiebat præterea crinium Solutio, ut templa in suppliciis verrent. Liv. i. decad. lib. 3. *stratæ passim matres CRINIBUS TEMPLA VERRENTES, veniam irarum cœlestium, finemque pestis exposcunt.* Sil. Ital.

— Nunc perplexis pectora BARBIS
VERRERE HUMUM.

æ Claudianus in laud. Seren.

Nu-

174 DE VETER: AC RECENT.

Numinibus votisque vacas, & supplice
(CRINĒ

VERRIS HUMUM.

adde elegantissimum Poëtam Sulmonensem
lib. 1. Trist. eleg. 3.

Illa etiam ante Lares sparsis prostrata ca-
(pillis,
Contigit exstructos ore tremante focos.

C A.

CAPUT XVII.

Ad adorationis locum progressi, flectunt corpus, stabant, vel sedebant. hoc capite de corporis flectione agitur. conspectis diis corpus projiciebant Antiqui, ut hodie Benjani in India, & Christiani quidam. dei nomine audito Turci in faciem procidunt. quod ipse Christus observavit. Alii caput flectebant, quod in Judæis arguit Deus, ortumque ab Ægyptiis videtur. flectio capitis ipsam adorationem denotat sæpius. ritus hic omnibus Asiæ, Africae, & Americæ incolis notus. Genuflexio non minus observata. Genu dextro vel sinistro, aliquando ambobus Genubus fiebat. idem Christianis veteribus observatum, excepto Die dominico & tota Pentecoste. flectebant alii corpus paululum. exemplum dabit Martha, Christi manus deosculans. eodem modo Mahomethani omnes obviatores salutant manibus antepectus conjugatis.

Erat

Erat triplex forma fleetendi corpus. procumbebant enim, stabant, vel sedebant. Statim cum templa ingrediebantur, conspectis Deorum simulacris, in ipso limine in terram sese projiciebant Romani. sic Tibullus lib. 1. eleg. 5. vers. 44. canit:

*Non ego, si merui, dubitem procumbere
(templis.*

& Sulmonensis olor lib. 1. metam.


*Ut templi tetigere gradus, procumbit uter-
(que
Pronus humi.*

neque non Juvenalis Satyr. vers. 47.

—— *Tarpejum limen adora
Pronus.* ——— ———

Melton in Itinerario pag. 98. de Monasterio S. Antonii prope Kairo locutus, hæc de Monachis Græcis refert: *obligant sese etiam, quibusvis vespertinis temporibus, antequam cubitum eunt, centum & quinquagies orè, atque ventre ad terram projicere corpus.* ab ipsis Turcis observatur, ut omnes, cum nomen Dei pronunciatum à sacerdote, in faciem venerabundi procident, & terram deosculentur illo ipso modo, quo in eclypto, quod hic apposuimus, ex Gorlæi Gemmis, sub litt. I. nudus homo in faciem prostratus Anubim adorat.

Salva-



J.S. Fecit

F

St

ti

ra

I

&

n

M**A****G**

vi

ce

re

tu

tu

da

q

C

fa

Salvator ipse Christus hunc ritum secutus est in horto Gethsemanes teste Evangelistâ Matthæo cap. 26. comm. 39. *Et paululum progressus, in terram facie sua procumbebat, orans, atque dicens.* & Spiritus Sanctus in Apocalypsi Johannis cap. 4. comm. 9. dictitat: *Et quum tribuebant illa animalia gloriam, Et honorem, Et gratiarum actionem ei; qui throno insidebat; illi, inquam, viventi in sæcula sæculorum, procidebant vigintiquatuor illi seniores in conspectu illius insidentis throno, Et adorabant illum viventem in sæcula sæculorum.* quod veteres Christianos imitasse asserit Chrysostomus Hom. 68. Tom. 6. Opp. *multi ita orant, quod se in terram totos projiciunt, caput deponunt, multas lacrymas effundunt.* & Augustin. de Cura pro Morte cap. 5. *orantes corpus ita movent, veluti supplicanti et genuflectenti decet, ita ut genua flectant; manus protendant, in terram sese projiciant, Et omnia externa peragant, licet interna illorum voluntas, atque mens Deo notæ sint, Et illi non opus sit signum; quo mortalium cogitatio sibi aperiat.* nec non in India in hunc diem Javani, & Ceylonensis, ita corpus in terram projiciunt, more antiquo; ut os terram contingat, & quasi oscula portigat.

Idem fere de Benjanis, Indiæ orientalis populo, testantur Itinerarii. scribit inter hos Tavernier tom. 2. pag. 334. his verbis de tem-

M

plo

178 DE VETER: AC RECENT.

plo Buonarotico in regno Mogolis: *quam cito templi Janua aperiebatur, intrabat populus, qui, cum suspensum velum removeretur, Imagines Deorum videntes, sese totum projece-
runt in terram, manibus super caput compli-
catis.*

Idem de Græcis Lucianus testatur in navi-
gio. atque hoc modo crinibus passis templa
verrebant mulieres in suppliciis, de quo supe-
rius locuti sumus. ipse Abrahamus, in terra
Canaanæa degens, more incolarum, & O-
rientalium gentium videtur procidisse coram
Deo facie sua, ut videre est Genes. 17.
comm. 3.

Capita tantum nonnulli flectebant. sic D:
Hieronymus contra Ruffinum scribit: *solent,
qui adorant, deosculari manum & capita sub-
mittere.* atque ita locus Deutern. 4. comm. 19.
intelligendus, ubi Deus, de Judæorum super-
stitione erga Solem atque Lunam locutus, de-
mandat ne impulsî adorent, siue incurvarent
sese, atque illa eolerent. quod Ægyptiorum
exemplo factitasse Judæos puto, cum in Æ-
gypto degebant, nam Exod. 4. comm. 31.
habetur. *credidit populus, & postquam audive-
runt Johovab visitasse filios Israël, et vidisse
afflictionem ipsorum, vertice inclinato incurva-
verunt se, adorantes eum.* diciturque Mozes
ipse Exod. 34. comm. 8. inclinato vertice in
erram, honorem habiturus, se incurvasse.

Pru-

Prudentius in hymno contra Judæos canit :
vers. 454.

*Augustum caput ante pedes curvare Mi-
(nervæ,
Fictilis et soleas Janonis lambere.*

Næque absque capitis flectione Deorum ima-
gines deosculari poterant, atque capitis ista
flectio adeo vulgaris erat, ut non raro ip-
sam adorationem denotarit. ita Lampridius in
Alexandro scribit, quod salutabatur nomi-
ne Ave Alexander, & si quis caput flexisset,
aut blandius aliquid dixisset, vel abjiciebatur,
vel ridebatur. eandem Cerimoniam Busbe-
quis epist. 3. Legation. Turcic. apud Sarra-
cenos vigere testatur: *Sacerdote*, scribit, *Ma-
humetbis nomen pronuntiante, pariter una om-
nes capita ad gēna usque submittebant.* ho-
dierni vero Judæi, auctore Alexandro Rossi.
Numinis pacem deprecantes, jam dextrorsum,
atque rursus sinistrorsum capita flectunt. de Ja-
poniæ incolis simile quid A: Montanus in li-
bro de legatione Belgico-Japonicâ pag. 248.
narrat; verba habens de templo idoli cujus-
dam Dayboth: *hoc incolæ quotidie religiose vi-
sitant. nonnulli ad terram corpus projiciunt, ali-
tantam capita submitunt.* quorsum referre pos-
sumus Ecclesiarum Christianarum consuetudi-
nem, quâ fæminæ, in templis assidentes, fa-
ciem præcaturæ ad gēna declinant, cum istâ

M 1

ratio

ratione gestus, inter orandum in vultu suborti minus videri ac rideri queant, & devotio per-
occurentia sensibus objecta externa turbare
nequit.

Verum usitatissima tamen Genuflexio apud
Gentes omnes videtur. de Ægyptiis optimus
locus exstat Genes. cap. 41. comm. 43. *et ius-*
sit (Pharao) *eum insidere curru secundano, qui*
secundus à se futurus esset, ut proclamarent
præcones ante eum flectenda esse genua, consti-
tuisse enim eum super universam terram Ægyp-
ti. Idem ritus apud Græcos teste nummo At-
heniensium apud Goltzium tom. 3, qui hic
representatur sub litt. K. Idem apud Romanos
probante hoc elegante numismate littera L.
signato, quod ingeniosissimus Sambucus post li-
bellum suum Emblematum evulgavit primus.
idem apud Indos viguit. audite Ovidium.
fast. lib. 4.

Summissoque genu, vultus in imagine divæ
Figit.

Tibull. lib. 1. eleg. 5. vers. 42.

Non ego tellurem genibus perreperere sup-
(plex.

scil: *dubitem*, ut in antecedenti versu dixerat.
Theophrastus. cap. 17. Charact. Ethic de
superititioso: καὶ ἐπὶ γόνατα πίπτον καὶ προσκυ-
νῶσιν. *Nixtis genibus adorans*, & Scolium Hy-
briæ Cretensis apud Athenæum sonat:

Πάντες

Πάντες γονύ πεπληῶτες ἐμοῖ κυνέοντι
 Δισπίταν, καὶ βασιλέα μέγαν Φωνέοντι.

Omnes in genua procumbentes coram me,
(adorant
Ceu dominum, et regem magnum appel-
lant.

& in Itinerario secundo Christoph. Columbi
 versus Indiam Occidentalem narratur pag 65.
 de incolis Hispaniolæ, quod *geniculantur ca-*
teruatim, et magno murmure, tristisque vultu
hymnos nonnullos in honorem Idoli sui decan-
tare solent.

Tribus certe modis Genuflectio ex veterum
 scriptis & allatis nummis probari potest. alii
 enim ambobus Genubus, Plaut Rud. act. 3.
 scen. 3.

————— *Ambæ te Obsecramus*
Aram amplexantes hanc tuam, lacryman-
(tes, genibus nixæ.

alii dextro tantum Genu, alii rursus sinistro
 nitebantur adoraturi. quod clarissime appicta
 numismata sub litt. N. & O. quæ in CIME-
 LIO NOSTRO servamus, ostendunt. *Genicu-*
lari in adorando, B. Rhenanus inquit, *velut*
pœnitentis est: qui stans adorat, tanquam jam
veniam consecutus, gratias agit. Christianos an-
 tiquitus aliquando genuflexos precatos fuisse,
 exempla habentur Matth. 17. comm. 14. Marc.

cap. 1. comm. 7. Luc. cap. 22. comm. 41. & 45. Act. Apost. cap. 7. comm. 59. & 60. & Epist. Paul. ad Ephes. cap. 3. comm. 14. inquit & Eusebius libr. 5. Hist. Eccles. cap. 5 de Martyris, quod vitæ periclitantes genu in terram flectebant more proprio Christianorum. digna sunt Basilii Magni verba, ut adscribam. cap. 27, de Spir. Sanct. *cum genua flectimus, et rursus corpora erigimus, ipsa re monstramus, nos peccatis lapsos esse, et Creatoris Misericordia rursus in coelum evocari.* genuflexio enim tantam humilitatis speciem præ se ferebat, ut verba *γυνάξεδς, γονυπετεῖν* ac similia, orare vel supplicare significant. & de hoc ritu elegans legitur apud Reinesium pag. 953 inscriptio de quodam Martyre Alexandro, quæ in busto Callisti expressa, Romæ existat.

GENUA FLECTENS VERO DEO
SACRIFICATURUS AD SUPPLICIA
DUCITUR.

O TEMPORA INFAUSTA!
QUIBUS INTER SACRA ET VOTA,
NE IN CAVERNIS QUIDEM
SALVARI POSSIMUS.

Dominico die & totâ Pentecoste genua in orationibus minime flectebant Christiani veteres. testibus Tertull. lib. de coron. militis, Justin. Martyr. in lib. respons. ad orthodoxos cap. 115. B. Hieronym. advers. Luciferianos, & B. Augustin.

ADORATIONIBUS. 183

gustin. Epist. 110. ad Januar. nec non Epiphania lib. 3. contra hæres. & Isidoro lib. 1. de Ecclesiast. Offic. cap. 33. in fidem & indicium resurrectionis Dominicæ stantes; erecto ad cælum corpore atque vultu.

Hodierni vero Christiani aliquando in genua vel genu procumbunt. quod in appicto æreo calculo Reipublicæ Batavicæ, littera M. signato, qui non minus, quam antiqua numismata MUSEUM NOSTRUM, illustrat, ostenditur. aliquando vel erecto corpore, vel sedentes precantur, qua de re infra, cum Deus solum hominum mentem inspiciat.

CAPUT XVIII.

In communioribus sacris stabant erecto corpore. fanum prætereuntes adorant jactando oscula. nummi imp: Hadriani & Trajani explicantur. Galli veteres ac Hebræi adorantes stetisse probantur. Locus Matthæi Evangelistæ cap. 6. comm. 7. explicatus. idem mos apud Indos plerosque in hunc diem observatur, ut & Christianos, diebus quidem Dominicis semper priore ecclesiæ seculo, ast posteriore ævo absque discrimine geniculabant stabantque in orationibus. quod & hodie obtinet. publicis ecclesiæ reformatæ præcones & populus erecto corpore Deum invocant nudato capite. apud Pontificios plerique de Genuculis precantur.

In communioribus sacris stabant adorantes erecto corpore in fortis atque erecti animi indicium, ampliorem augustioremque cultum exhibitori. sic Martialis libr. 12. epigr. 78. canit :

*Multis dum precibus Jovem Salutat,
Stans summos resupinus usque in unguis,
Æthon in Capitoliâ.*

uti

S



T



V



W



X



Y



J. S. Fecit.

ADORATIONIBUS. 185

uti de Græcis Seneca in Hercul. furent. act. 2.
scen. 3. vers. 355. canit :

*Namque ipsa tristi vestis obtentu caput
Velata, juxta præsides astat deos,
Laterique adhæret verus Alcidae Sator.*

Homerus quoque Iliad. 10. vers. 306.

Ἐΐχεν ἔπειτα σὰς μέσῳ ἔχεν ———
Precatus est postea stans in medio atrio.

& legimus in veteri inscriptione, ARA PO-
SITA. ASTANTE. SACERDOTE. SEX.
CREUSINA. SECUNDO. UT. VOVE-
RANT. MAXIMUS. ET. MAXIMINUS.
FILI.

Huc faciunt verba Apuleji apolog. 1. *nulli
deo ad hoc ævi supplicavit, nullum templum
frequentavit; si fanum aliquod prætereat, ne-
fas habet, adorandi gratiâ, manum labris ad-
movere.* ita ut privati eodem modo, quam sa-
crificantes, adorarunt, probante id nummo
sub Litt. S. efficto ex J. Oudaan. adscribimus
Juvenalis verba, quæ inveniuntur Satyr. 6.
vers. 390. de matrona quadam sacrificante, ut
Citharædus Pollio ejus amatus in agone Ca-
pitolino coronam accipere posset; sonant :

— *Stetit ante aram, nec turpe putavit
Pro cithara velare caput.*

M 5

ubi

ubi Grangæus commentatur : *Salutabant enim Deos, non de geniculis, sed stantes.* quod quidem certo respectu verum, at non omni, uti doctus vir dicitur. vidimus etenim mulierem genibus flexis ad aram Deos invocantem in Nummo Hadriani, superiori capite efficto.

Judæos inter nullus, nisi staret, adorare poterat, teste Rabbi Maimonide: imo sacra temerare censebatur, qui eis sedens operam dabat juxta illud Mosis Ægyptii in Biath Hamikdasch cap. 5. interprete G: Outramo. *nulum est nisi stantis ministerium propterea quod dictum est, ut stent ad ministrandum. quisquis itaque sedens ministrat, profanus est, irritumque est ministerium ejus.* neque tantum hoc Sacerdotes, sed omnes alii in Sanctuario stantes peragebant, unde Maimonides in Tephilla Ubirchat Cohanim cap. 5. ait: *Nemo, nisi stans, rite orat.* & ipse Christus Matth. 6. comm. 5. illos accusat, *quod sicut Hypocritæ, stabant in conciliis, et in angulis platearum ad orandum, ut conspicui fierent filiis hominum.* quod ad omnes gentes migrasse ex Scriptoribus constat. Incolæ enim Bandæ, & circumjacentium Insularum, ac nonnulli alii Indorum stantes adorant, ut Itinerarii omnes referunt.

Docet & appicta ex Aringhii Româ subterraneâ mulier Christiana, Litterâ T. notata, eundem ritum apud priscos Christianos viguisse, affirmantibus Chrysostomo Homil. Divers. Hom.

12. & Augustino 11. ad Simplic. Qu. 4. & quidem priore ecclesiæ ævo Diebus dominicis semper, cum hebdomade de geniculis adorabant, ut supra dixi; verum posteriore seculo & geniculabant & erecto corpore stabant in precibus, licet genu flexo precari Christianarum precationum proprius mos fuerit; ita etiam recentiores Christiani stantes non raro adorant. uti in elegantissimo Numismate Regis Galliæ litterâ V. notato, quod nobis ex instructissimo Cimelio suo suppeditavit Eruditiss. L. Smids.

CAPUT XIX.

Sedebant in orationibus *Veterum plurimi*, præsertim hoc in parentali solemnitate observatum apud Romanos, Græcos & Judæos. Pythagoræ de hoc more præceptum à Gyrardo optime explicatur. idem à Mahomethanis ad sepulcra observatur. in jejuniis Hebræorum maxime. Tertulliani de hac re elegans locus, & Servii de Lectisterniis. Sollemnis iste ritus incolarum insulæ Hispaniolæ. ab Christianis observatur ad plurimum.

Alter sequitur Corporis ordo, in venerationibus aliquando observatus, quo scil. sedebant, præsertim quicumque in parentali, seu funebri solemnitate sacris operabant, teste Tibullo, lib. 2. eleg. 7.

Illius ad tumulum fugiam, supplexque se-
(debo,
Et mea cum multo fata querar cinere.

scribit Curtius lib. 8. *assidebat ei una ex neptibus, nuper amissum Hephestionem, cui nupsisset, lugens.* atque ita intelligo Martialem lib. 2. epigr. 41.

Te

*Te mæsta decet assidere matri,
Lugentique virum, piumque fratrem.*

idque apud Hebræos viguisse ex factis literis manifestum. Matth. cap. 27. comm. 61. *erat autem illic Maria Magdalene, et altera illa Maria, sedentes contra sepulcrum.*

Apud Gentiles certe varias observabatur præceptum Pythagoræ *Adoraturi sedento.* quod optime præter alios ita exponit Gyraldus in sua interpretatione Pythag. Symbol. ego, inquit, *ab eo deductum puto, quod sedentes meliorem, pacatioremque animum assequi existimantur;* (nam sedendo, et quiescendo animus teste Philosopho, melior fit) *atque ea causa quoque rectius de quaqua re censere.* sic Plautus in Rudent. act. 2. scen. 3.

— *I sane in Veneris fanum, huc intro
Sedentem, flentemque opprimes:*

quam ad rem maxime faciunt translatae ex Goriæo Annulariæ Gemmæ, litteris W. & X. notatae. sic Parthenius in Eroticis cap. 18. *καὶ ἐπειδὴ αὐτὴν ἐξήτησεν ὁ ὑψικρέων, ἐκέτης παρθεναδίζετο ἐπὶ τῆς εἰσίας τῆς ἐν τῷ πρυτανείῳ.* id est, *quam quum isthic quæsiuisset Hypsicreon, supplicem invenit sedentem in templo Vestæ in Prytaneo.* recte igitur Seneca in Moralibus libris inquit; *simulacra deorum venerantur, genu posito illa adorant, illis per totum assident diem.*
Opi

190 DE VETER: AC RECENſT.

Opi certe, quæ eadem terra credebatur, ſe-
dentes vota concepiffè, terramque de indu-
ſtriâ tetigiffè Macrobius libr. 1. Saturn. cap.
10. & ex Varrone D. Auguſtinus libr. 7. de
Civit. Dei tradunt. & canit Homerus Iliad:
A.

Καὶ εἰπαροῖθ' αὐτοῖο καλίζετο, καὶ λάβ' ἑ γένων
Σκαιῷ, δεξιτέρη δ' ἄρ' ὑπ' ἀνθεράων ἑ ἰλῦσα.

*Et ante ipſum ſedit, & apprehendit geni-
(bus
Siniftrâ, dextra autem mento apprehen-
(dens.*

ita Cotovicus Itinerar. Hieroſolym. cap. 8.
narrat de Taliſmannis, ſive Turcarum Sa-
cerdotibus: *in Meſſitis ditiores Taliſmannos
ſuis ſumptibus alunt, qui ſacra inibi; in de-
mortuorum memoriam peragunt, precesque;
ac pſalmos, humi divaricatis SEDENTES
cruribus, quotidie ad certum numerum pro ani-
ma fundatoris juxta ejus ſepulchrum obmurm-
rant.*

Quem morem Hebræos in Jejuniis obſer-
vaſſe caput 20. Judic. teſtatur; omnes filii If-
raël venerunt in domum Dei, & SEDENTES
flebant coram Domino, & jejunaverunt die illo
uſque ad vesperam, & obtulerunt ei holocau-
ſta, & pacificas viſtimas. & primo capite
libr. 2 Eſdræ habetur: *cumque hæc audiſ-
ſem ſedi, & fleui & luxi diebus multis,*
&

ADORATIONIBUS. 191

Et jejunabam, Et orabam ante faciem Dei coeli.

Interdum vero Gentiles, precibus peractis, sedebant, auctore Plinio libr. 28. cap. 2. & adsignatâ oratione, quam in tabulis descriptam annulo suo signabant, & affigebant genibus deorum. Tibullus lib. 4. eleg. 12. ad amicam vers. penult.

Sed Veneris Sanctæ CONSIDAM *vinctus*

(ad aram.

Hæc notat injustos, supplicibusque favet.

Tertullianus de Orat. *item quod assignata oratione assidendi mos est quibusdam.* & paulo post: *porro cum perinde faciant nationes, adoratis sigillaribus suis residendo, vel propterea in nobis reprehendi meretur, quod apud idola celebratur.* Servius in locum illum Virgilii lib. 12. *Æneid.*

—— *Et diri sacraria ditis.*

refert, quod Lectisternia dicuntur, ubi in templo homines sedere consueverant. de vetustis insulæ Hispaniolæ in America Incolis Alex. Ross. in libro suo de singulis mundi religionibus scribit pag. 162. *tunc circumsedent pedibus in crucis figuram collectis, Et capita versus idolum vertentes precantur, ut sacrificia propitium dextrumque accipiat.* qui ritus etiam

192 DE VETER: AC RECENT.

etiamnum inter Christianos nonnullos observatur, cum publicis concionibus orationibusque interfunt sedendo, qua de re omnem reformatam Ecclesiam Christi oculatam testem advocamus, & adducimus ex *cimelio nostro* Calculum littera Y. signatum.

C A.

CAPUT XX.

Conversio ad orientem *ubique fere in usu. maxime* apud Gentiles *veteres.* Turcæ ad Meridiem *se se vertunt.* Javani *hodierni Priscique* Orientales *idem observant.* Persæ veteres Solis cultores. *illorum posteri se diebus ad Solem, noctibus ad Lunam vertunt.* templa ad orientem *posita.* Statua *ædis* ad occidentem *constituta.* Aræ ad orientem *erectæ.* Judæi ad Occidentem, *ubi Sanctuarium templi Hierosolymytani erat, se se convertebant.* Christiani veteres *Gentilium morem secuti sunt, recentiores negligunt.* Conversio ad Orientem Christianismo antiquior. *Mercerus notatus, quare Ecclesia vetus Orientem precatura aspexerit, inquiritur. idem mos per Helveticas Rheticasque fœminas hodie observatur.*

Inter omnes vero Adorationis ritus iste maxime obtinebat, ut ad orientem Solem se converterent Apulejus Metam. libr. 2. *tunc*
N orien-

194 DE VETER: AC RECENT.

*orientem obversus, scribit, & incrementa solis
augusti tacitus imprecatus, venerabili scena,
facies, & studia præsentium ad miraculum
tantum certatim adrexit: quod scil. ex mystica
religione fiebat. Apuleji verba hæc Ovidia-
na excipiunt lib. 4. fast:*

*His dea placanda est, hæc tu, conversus
(ad ortus,
Dic quater: & vivo perlucere manus.*

*adde elegans carmen, quod apud Valerium
Flaccum lib. 3. Argon, in quo plures ado-
randi ritus comprehenduntur:*

*Delius hic longe candenti veste Sacerdos
Occurrit, ramoque vocat: jamque ipse re-
(centi
Stat tumulo, placida transmittens agmina
(lauro
Ducit & ad fluvios, ac vincula solvere
(monstrat
Prima pedum; glaucasque comis prætexere
(frondes
Imperat, hinc alte Phæbi surgentis ad or-
(bem
Ferre manus.*

*Turcæ autem, omnesque Mahometanorum
instituta secuti Populi precantes ad Meridiem
se convertunt. scribit Johan. Cotovicus cap. 5.
Itinerar. Hierosolym: tum singuli in Seriphum,
vel*

vel Hoggium oculos figunt, ejusque motus, & corporis gestus diligenter observant, & imitantur, in terram procumbunt, et versus Meridiem se statuentes precibus incumbunt. Javani vero, magno silentio religionem exercentes, supplices ad orientem sese convertunt, ut in libro Itinerario Indiæ Orientalis videre licet, & refert Lucianus in Navigio omnem Indorum Gentem Solem adorare, cum mane surgens sese ad orientem solem convertat, & saltatione quadam Deum salutat, Solis cursum & Choream sequens, idemque faciat vesperi, quando cubitum eat. testatur Tacitus Hist. lib. 3. cap. 24. Syros religioso salutare solitos orientem. ubi magnus Lipsius notat, non Syris & Orientalibus tantum, sed plerisque Gentium in more fuisse positum. legite Apulejum Met. libr. 2. tunc Orientem, scribit, obversus, et incrementa Solis augusti tacitus imprecatus, venerabili scena facies et studia præsentium ad miraculum certatim tantum adrexit. verosimile est, ab antiquis Solis cultoribus morem hunc profluxisse, quorum posterius adhuc in Persia vigent, Persæque vocantur, quibus à Sacerdotibus mandatum est sese diebus ad Solem, noctibus ad Lunam vertere. qua de re se oculatum testem Boulaye Le Gouz. in libr. itinerar. tom 2. pag. 108. sistit.

Ad Solem respiciebant Veteres, cum mundi

N 2

ortus

ortus à Læva sit, unde finistrum ac lævum fulmen inter prospera habetur, & in cælo templum locus auspicii est, cujus partes sunt quatuor; Sinistra ab oriente, Dextra ab occasu, Antica ad Meridiem, Postica ad Septentrionem: & præcipit Hermes Tresmegistus, cum quis deum adorare voluerit, respiciendum esse in Austrum, Sole occidente, Sole vero oriente, in eum, qui Subsolanus vocatur; asserit Rhodiginus quoque, quosdam ex Græcis prodere, si Heroibus rem divinam obibant, occasum solitos spectare, si Diis, exortivas partes. locus est antiq. lection. lib. 12. cap. 2. hanc ob causam templa Orientem ponenda credebant antiqui, ut aperte Vitruvius lib. 4. cap. 5. docet. *ædes autem, scribit, sacræ deorum immortalium ad regiones, quas spectare debent, fierunt constituendæ, ut, si nulla ratio impedierit, liberaque fuerit potestas, ædis signum, quod erit in cella collocatum, spectet ad verspertinam cæli regionem, ut, qui adierint ad aram immolantes, aut sacrificia facientes, spectent ad partem cæli orientis, et simulacrum, quod erit in æde, et ita vota suscipientes contueantur ædem et orientem cæli.* atque Frontinus, improbens illorum opinionem, qui secus ac in orientem templa struenda putabant, in lib. de Limitib. in principio habet: *Et, sicut quidam garriunt architecti, delubra in Occidentem recte spectare scripserunt.* ad hanc & partem cæli
 Aras

ADORATIONIBUS. 197

Aras erectas fuisse comperio. hinc æneid. lib. 12. Virgilius.

*Illi, ad surgentis conversi limina Solis,
Dant fruges manibus salsas, et tempora
(ferro
Summa notant pecudum, paterisque alta-
(ria libant.*

Vitruvius lib. 4. cap. ult. *Aræ*, scribit, *spectent orientem*, vide plura apud Cl. Alexandr. lib. stromat. 7. Hospinian in histor. sacram, lib. 3. Polydor Virgil. libr. 5. cap. 9. & J. Lipsium in notis ad Tacit. lib. 3. histor. num. 33.

Judæi ad Occidentem conversi precabantur Deum, ubi sanctuarium erat, cum vellent ostendere *se non Solem, sed Solis dominum adorare*, ut Anastasius Nicænus Quæst. 18. ait. & Exod. 26. ac Ezech. 8. comm. 16. accusantur Israëlitæ, quod precaturi ad Orientem sese converterunt. de Judæis etiam extra terram Judaicam degentibus Maimonides in Tephilla Ubircath Cohanin cap. 5 tradit, quod preces suas edebant facie ad terram Israëlis versa, & stantes intra terram Israëliticam facie versus Hierosolymam directâ, atque stantes in Sanctuario ad adytum intimum facie versa.

Atque in hoc ritu Christiani veteres maluerunt Gentilium morem sequi, Ecclesiæ non

198 DE VETER: AC RECENT.

scriptâ, sed ab Apostolis profecta traditione, ut Auctor libri Responsionum ad Orthodoxos Quæst. 118. & Basilius Magnus cap. 27. de Spir. Sanct. ad Amphilochem memorant, Dionysius item in libro de Ecclesiast. hierarch. cap. 1. scribit: *Et cum post trinam abrenuntiationis contestationem, tertio se illa abrenuntiare professus fuerit, ad Orientem illum traducit* (Sacerdos scilicet) *aspicientemque in coelum atque intendentem manus, Christo sacrisque omnibus divinitus traditis consentire jubet.* confirmat hoc Leo Papa serm. 7. de Nativ. inquiring: *de talibus institutis etiam illa generatur impietas, ut sol, inchoatione diurnæ lucis exurgens, à quibusdam insipientioribus adoretur: quod nonnulli etiam Christiani adeo se religiose facere putant, ut, priusquam ad beati Petri Apostoli Basilicam, quæ uni Deo vivo et vero est dedicata, perveniant, superatis gradibus, quibus ad suggestum aræ superioris adscenditur, converso corpore, ad orientem se solem reflectant, et curvatis cervicibus in honorem se splendidi orbis inclinent.* & propterea orantes orientem Solem respexisse tradit Augustinus lib. 2. de Orat. Domin. in monte tom. 4. ut elevent mentem ad Creatorem lucis. verba sunt: *Cum ad orationem stamus, convertimus ad Orientem, ut admoneatur animus ad naturam excelsiorem se convertere, id est, ad Dominum, cum ipsum corpus ejus, quod est terrenum, ad corpus*

pus excelsius, id est, ad corpus cæleste convertatur; quoniam necesse est, ut cælum præferant terræ: et cum aliquando cognoverint dignitatem animæ cæleste etiam corpus excedere; magis eum quærant in anima, quam in corpore etiam cælesti: et cum cognoverint quantum distat inter peccatorum animas et iustorum; sicut non audebant, cum adhuc carnaliter saperent eum in terra collocare, sed in cælo, sic postea meliori intelligentia magis eum in animis iustorum, quam in peccatorum requirant. scribit vero J. Pineda Hispalensis in Jobi cap. 39. comm. 26. jam Leonis tempore illam primæ Ecclesiæ consuetudinem adorandi & templa erigendi versus Orientem obsolevisse, quam servandam curarant & præceperant primi Ecclesiæ Patres. quod optime Latinus Pacatus Drepanius cap. 3. Panegyrici ad Theodosium asserit his verbis: *nam ut divinis rebus operantem in eam cæli plagam ora convertimus, à qua lucis exordium est.*

Hunc ritum tamen non omnes Gentiles observasse docet Tertullianus in Apolog. *sed et plerisque*, ait, *vestrum affectatione aliquando & cælestia adorandi ad solis ortum labia vibratis.* at antiquiorem Christianismo esse, præter supracitata loca Job. 31. comm. 26. 27. & 28. docet, quare non mirari satis possum, qua de causâ Clariss. Mercerus ad cap. 17. lib. 4 Alexandri ab Alexandro commentatus sit, Gentes sese ad orientem oran-

tes vertisse imitatione Christianorum, & prioribus seculis nondum receptum fuisse; cum contrarium cunctis, qui Minervæ operam dant, quam clarissime innotescat. adscribo, quod Christiani primæ ecclesiæ ad orientem precaturi se convertebant, ut quædam Sacræ Scripturæ loca, de Messia prolata, exprimerent observatione istâ, quale est illud Malach. 4. comm. 2. *Vobis vero, qui timetis nomen meum, orietur Sol Justitiæ.* ad quem locum & ritum allusit Zacharias pater Joannis Baptistæ Luc. 1. comm. 78. *Invisit nos Oriens ex alto.* vide Heins. Exerc. lib. 3. cap. 1. eundem ritum in itinerario suo per Helvetiam & Italianam Rever. & Eruditiss. Gilbertus Burnet, Salisburienſis hodie in Anglia Episcopus fidelissimus, observari in nonnullis Helvetiæ ac Rhetiæ urbibus per fæminas refert hisce verbis: *convertunt sese hoc loco, sicuti Bernæ, ad orientem inter orandum (publice scil.) veluti etiam observant in privata suâ religione ante inceptas postque initas preces publicas.* & Vine Le Blanc in itinerario suo de Bengalæ incolis narrat, quod in templis eorum altaria duo inveniuntur, orienti atque occidenti Soli consecrata, ad quæ, versâ ad Solem facie, orant & sacrificant. sicuti Hugo Linschoten cap. 33. itinerarii sui de Subditis Magni Mogolis in regnis Guzuratte, & Decan testatur, quod Solem Lunamque adorantes,

tes, atque se lavantes, semper vultus suos ad Orientem Solem convertunt. & non dissimile est, quod citatus Le Blanc de Mahomethanis Gentilibusque Subditis Magni Negi, seu Æthiopiæ Imperatoris, refert lib. 2. cap. 1. hi enim, ut ipsius urbis utar, *Solem venerantur, & oriente die excelsum locum ascendentes, nascentem Solem precantur, sæpius procumbentes ac terram exosculati.*

CAPUT XXI.

Manus in adoratione *maxime requisitæ*. *plerumque* in cœlum tendebantur. *Inferos oraturi* manus demittebant *Gentiles*. in publica lætitia *manus attollebantur*. *idem mos ad Christianos hodiernos transiit*. Varii modi protendendi manus *recensentur*. nonnulli manum dextram, *alii* ambas manus tendebant. *manus pro ipsa adoratione*. *Dextræ religio*. *Dextra pars boni omnis*. *Dextra manus Fidei ac Concordiæ signum*.

Manus in adoratione non minimam partem tenebant, cum, docente Quintiliano, sine manibus trunca sit oratio ac debilis, & ceteræ partes eloquentem adjuvent. hæc prope est, ut ita dicam, ipsa actio. manibus enim loquimur, manibus poscimus, minamur, supplicamus, atque tanti apud Veteres Philosophos habebantur, ut rationis ac sapientiæ ministras esse manus pronuntiarunt, imo Anaxagoras, uti Aristoteles & Plutarchus tradunt, ideo sapientissimum videri hominem dixit, quia manibus erat instructus, quippe *inter agendum non ut ceteræ partes loquentem tantum adju-*

adjuvant, sed ipsæ quodammodo loqui videntur inquit Rhodiginus *Lectio. Antiq. lib. 4. cap. 3.* & tradit idem libr. 29. cap. 11. quod *Philon medicus (ut videtur) nobilis, quum medicamen- ta quædam ad medendi visum exquisitissima con- cinnaret, & regias quasdam (ut Plutarchus in- quit) & alexipharmacas potestates conficeret, eas quod salutare & divinas quodammodo sciret, θεῶν χεῖρες, veluti adagio quodam appellare consueverat, hoc est, DEORUM MANUS.*

Erat autem voventium manus leviter par- data Virgil. lib. 3. *Æneid.*

———— *Tendoque supinas.*

Ad cælum cum voce manus.

hoc viri, hoc mulieres. sic Cæsar libr. 2. de bell. civil. scribit : *facile erat à castris C. Tre- bonii, atque ex omnibus locis superioribus prospici- cere in urbem, ut omnis Juventus, quæ in op- pido remanserat, omnesque superioris ætatis cum liberis atque uxoribus, publicisque custodiis, aut ex muro ad cælum manus tenderent, aut templa deorum immortalium adirent, & ante simula- cra projecti, victoriam ab Diis exposcerent.* hoc & Græci aliique Gentiles. Homer. o- dyss. 1.

Ἐυχέρο χεῖρ' ὀρέγων εἰς θεῶν ἀσπετέρα.

Precabatur manus porrigens ad cælum stel- latum.

Simpli-

Simplicius ad Aristotelem de cælo l. 1. p. 31.
 καὶ ὅ ἐν τοῖς ἱεροῖς, καὶ ἐν τοῖς ναοῖς νομίζοντες με-
 τὰ θεῶν εἶναι, ἐκτείνουσιν εἰς αὐτοὺς τὰς χεῖρας, in
sacris enim & templis existimantes, ea Diis esse
plena, ad eos manus extendunt. quod etiam Mo-
 ses Exod. 17. comm. 10 & 11. & Salomon 1.
 reg. 8. comm. 45. fecerunt.

In sacrificiis Judæos ambas manus inter bina
 victimæ cornua posuisse, confitentes peccatum,
 scribit Maimonides in Maase korban cap. 3.
 Inferos autem deos oraturi Gentiles Manus
 demittebant pronas, ut Eustathius ad libr. 6.
 Iliad. notat, & ita aras subterraneas illis po-
 nebant; qui vero Deos Marinos precabantur,
 versus mare Manus expandebant, uti de Clean-
 tho Maro Æneid. lib. 5. vers. 233. canit: uti in
 publicâ quoque lætitiâ congratulantium mos
 erat manus in cœlum attollere, ut Suetonius in
 Vitell. cap. 7. annotavit. verba Virgilii sunt:

Ni palmas ponto tendens utrasque Cloan-
(thus,
Fudissetque preces, Divosque in vota vo-
(casset :
Dii, quibus imperium.

& de Achille à Thetide opem rogante testa-
 tur divinus Homerus Iliad. A. vers. 350:

Θῦ' ἰφ' ἀλὰς πολιῆς, ὀρέων ἐπὶ οἶνοπα πόντον.
 Πολλὰ δὲ μητρὶ φίλῃ ἠέριστο χεῖρας ὀρεγνύς.

In

ADORATIONIBUS. 205

In littore cani maris, nigrum in pontum
(oculos figens :
Matri autem multas preces fudit, manibus
(extensis.

ac Horatius lib. 2. serm. 5. canit :

Importunus amat laudari. donec obe jam,
Ad cælum manibus sublati, dixerit,
(urge.

manum ergo expansam habere adorationis signum erat, uti dictum, & Anchises apud Maronem lib. 3. Æneid. testatur hisce :

Et pater Anchises, passis de littore pal-
(mis,
Numina magna vocat, & meritos indicit
(honores.

quod Christiani Veteres, quod aliquando recentiores, & quidem in morem crucis. Ambrosius de Cruce Serm. 56. *homo cum manus levaverit, Crucem pingit; atque ideo elevatis manibus orare præcipimur, ut ipso membrorum gestu Passionem Domini fateamur.* & Tertullianus in lib. de Orat. Num. 13. *atqui cum modestia & humilitate adorantes magis commendabimus Deo preces nostras: ne ipsis quidem manibus sublimius elatis.* audite Prudentium Peristeph. Hymn. 6.

Non

*Non ausa est colibere pœna palmas,
In morem crucis ad patrem levandas,
Solvit brachia, quæ Deum precentur.*

Talis adorantis figuram apponimus ex P. Aringhii, & Bosii Româ Subterraneâ præ se ferentem virum expansis, consueto orantium more, brachiis precationi insistentem, notatam Litt. Cc. lege & Matifconensis Synodi decretum cap. 1.

Sæpius ad Genua supplices manus tendebant. Seneca in Hercul. furent. act. 4. scen. 1. vers. 102.

————— *En blandas manus*
Ad Genua tendens, voce miseranda ro-
(gat.

& Valer. Maximus lib. 6. cap. 4. *supplices ad Genua judicum manus tetendit.* ut videre possis in appicto Numismate sub Litt. Aa. quia scilicet, ut Plinii verbis libr. 2. cap. 45. utar, *hominis Genubus quædam religio inest observatione Gentium.* imo potestas juxta Homerum odyss. A. ἅλλ' ἤτοι μὲ ταῦτα θεῶν ἐν γένασι κείται. *Verum enimvero hæc deorum in genibus posita sunt:* Neque dispar apud hodiernos Gentiles cerimonia in adorando circa motum manuum tenetur. ita de Japonensibus refert Jesuita Froës, quod sonante tintinnabulo ad templa convocati, maximâ attentione genuflexi pre-

aa



bb



cc



dd



ee



ff



J.S. fecit.

precantur, tollentes manus suas ac **Rosaria** in Coelum; & de Chinenſibus ſcribit in Itinerar. Zegerus à Rechteren: *orant complicatis manibus, eaſque in pedes collocant.* teſtatur ſimile quid de Indiæ orientalis Brachmannis Abrahamus Rogerius, inquiens: *Verum quoties Idoli ſtatuum circumièrunt, toties expaſis complicatiſque manibus projicere ſeſe in terram debent.* Tribus autem potiſſimum modis manus protendebantur: in crucis figuram ſcilicet, uti ſuperius dictum, ac oſenſum; pluries ita complicantur, ut digiti manus dextræ inter digitos ſiniſtræ, & hi ruruſus inter illos reſideant, & ſiniſter pollex in dextro quieſcat. non raro manus manui opponitur, & ante faciem pectuſve tenetur: qui ritus manuum conſpicitur in quatuor appictis nummiſ, annuliſ, & marmore ſepulchrali apud Aringhium, ſignatiſ Litt. A a. B b. C c. & D d. in quibuſdam tamen Regionibuſ Aſiæ & præſertim Ægypti antiquituſ, & in hunc diem apud Turcas manibuſ in pectore decuſſatim poſitiſ peragitur Adoratio, teſte Le Croix in Epiſtola 6 Annaliuſ, & Du Mont in Itinerar. per Aſiam pag. 468. probante hoc eleganter Gemma ex Gorlæo effict. ſub Litt. E e. ubi Pater omnium Termini imagine ab Simone mago & Baſilide commendatuſ repræſentatur.

Nonnulli tantum unam manum ad Deoſ tendebant, alii duplices manus, & hoc frequen-

208 DE VETER: AC RECENT.
quentius. adi Virgilium libr. 10. Æneid.

Et duplices cum voce manus ad sidera ten-
(dit.
rursus lib. 1.

Ingemit & duplices tendens ad sidera pal-
(mas

Talia voce refert.

ac Curtius de Dario scribit libr. 4. cap. 10.
tandem, ut fides facta est, vera esse, quæ ad-
firmaret spado, capite velato diu flevit, ma-
nantibusque adhuc lacrymis, veste ab ore rejectâ
ad cælum manus tendens, dii patrii, inquit,
primum mihi stabilite regnum. puras nempe
dextras simul ac sinistras. quod Athenienses
teste Demosthene in Midiana pag. 392. Diis
utriusque sexus cœlestibus præstare Iussi Do-
doneo Oraculo, Θεοῖς Ὀλυμπίοις πάντεσι καὶ
πάσαις ὁσίαις δεξιᾶς καὶ αἰσθερῶς ἀνιχόντες, Diis
ac Deabus omnibus cœlestibus puras dextras ac
sinistras manus attollentes. de protensione unius
manus Virgil. Æneid. lib. 12.

Sic deinde Latinus,
Suspiciens cælum, tenditque ad sidera dex-
(tram.

Tantam autem vim in adoratione apud
Gentiles Manus habuerunt, ut per illas ado-
rationem ipsam significarunt. Seneca in Her-
cul.

cul. furent. act. 4. scen. 1. vers. 914. canit:

Tonantem nostra adorabit manus.

& Horat. lib. 3. od. 23.

Cælo supinas si tuleris manus.

quin imo Plinius lib. 11. cap. 45. scribit: *inest & aliis partibus quedam religio, sicut dextra* (scil. manus) *osculis aversa appetitur, in fidem porrigitur.* in omnibus enim cautio erat, ut quidquid dabatur, de manu dextra daretur. Servius ad illa verba Virgilii *Æneid.* libr. 8.

Una omnes juvenum primi pauperque se-
(*natus.*

Tura dabant.

optime commentatur: *Verboforum usus est. nam dici solebat in sacris: da quod debes de manu dextra aris.* ita & de Didone canit Poëta lib. 4. *Æneid.*

Ipsa tenens dextrâ pateram pulcherrima
(*Dido*
Candentis vaccæ media inter cornua fundit.

Dextrum autem dicebatur, uti capite 13. diximus, quicquid prosperum propitiumque erat. Ovid. *fast.* lib. 1. vers. 6.

Ö

Huic

Huic tibi devoto numine dextêr ades.

& inferius :

*Dexter ades ducibus : quorum secura labore
Otia terra ferax : otia pontus habet.
Dexter ades patribusque tuis populoque Qui-
(rini.*

Stat. sylv. lib. 5. sylv. 1. vers. 13. ita Dexter Apollo & ibid. vers. 71.

*Dextros tua vota marito
Promeruere deos.*

ita & boni ominis ergo inaugurandis Regibus Dextram imponi ab Auguribus Livius arguit lib. 1. cap. 18. atque Rhodiginus Lect. Antiq. lib. 29. cap. 26. de Ægyptiorum litteris hieroglyphicis locutus ait : *ex reliquis corporis partibus dextera manus digitis passis libertatem designat ; sinistra vero compressis, tenacitatem atque avaritiam.*

Dextra ergo manus, ut supra docuit Plinii locus, fidei signum erat, & à Persis quidem sanctissimum pignus fidei censeretur Diodorus auctor est. ita & in Med. vers. 248. Seneca,

Fidemque supplex præsidis dextræ peti.

Virgilius 1. Æneid. vers. 408. *Jungere dextram*, & inter Pythagoræ symbola refertur, *Dextram ne cuivis porrigas.* imo & signum fæderum

derum ac Concordiæ habebatur, ut Virgil.
Æneid. 7. vers. 26.

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse Ty-
(ranni.

& putabatur fides in dextris sacrata esse. de
quo Livius libr. 1. cap. 21. testes sunt hujus
consuetudinis nummi, quorum unus hic, qui
inter numismata aurea Ducis Croyi reperitur
tab. 28, apponitur sub litt. Ff, referens ty-
pum Concordiæ Augustorum cum epigraphæ
Concordiæ Augustorum TR. P. XV. COS.
III.


CAPUT. XXII.

Ara apprehensa in publicis sacris, mensa in privatis. pecudi mactando manus imponebant offerentes apud Judæos. juramenta super altaria præstabant Gentiles, præstant inter Christianos Pontificii. Postem in templi dedicatione ac suppliciis tenebant, alii amplectebantur Aras, nonnulli idolorum Genua, alii Idolorum simulacra. Græci palmites, eosque lanâ circumdatos, manibus gestabant. iis Statuæ Genua, ejusve dextram Manum, vel Mentum, vel Genas attingebant.

Cum vero preces publicæ, vota ac juramenta ad altaria rite fiebant, ac orationem litare non posse putabant veteres, nisi, qui deos precabatur, aram manibus apprehenderet, uti optime refert Macrobius Saturn. libr. 3. cap. 2. in principio, & hanc antiquitus Ansam fuisse dictam refert Varro apud eundem. canit de ipso ritu Maro lib. 4. Æneid.

*Talibus orantem dictis, arasque tenentem
Audiit omnipotens.*

&c



J. S. Lucit.

& libr. 6. Æneid.

Talibus orabat dictis, arasque tenebat.

at pellex lege Numæ vetebatur aram tangere, & si tetigisset, solutis crinibus agnum cædere jubebatur. Similiter in mensa, in quâ bene precari moris fuisse docet Livius, precantes mensam tangebant. Ovid. libr. 1. Amor. eleg. 4.

Tange precor mensam, tangunt quo more.
(*precantes.*

& huc eleganter facit appicta Gemma apud Gorlæum sub Litt. G g. referens sacrificium Ifidis. ita apud Judæos morem receptum fuisse videmus, ut pecudis ad ostium tentorii sacri statim capiti offerentis manus imponeretur. vide Lev. 1. comm. 4. 3. comm. 2. 8. 13. & 4. comm. 4. 24. 29. & disertè Maimonides scribit in Maase Korban. cap. 3. quod quisque manus suas inter bina victimæ cornua ponens confitebatur peccatum juxta victimam pro peccato, noxamque juxta victimam pro noxa cæsam. illamque confessionem hujusce formulæ fuisse idem eodem loco tradit: *Obsecro Domine, peccavi, deliqui, rebellavi, hoc & illud feci, nunc autem pœnitentiam ago, sitque hostia hæc expiatio mea.*

Cumque in jurejurando Deos testes invoca-

O 3

rent

rent altaria tangebant, sic Juvenalis satyr. 14. vers. 218. canit:

*Falsus erit testis, vendet perjuriam summa
Exigua, Cereris tangens aramque, po-
(demque.*

optimus sane locus est apud Justinum lib. 24. cap. 2. ubi scribit: *quo perducto in sanctissimum Jovis templum, veterrimæ Macedonum religionis, Ptolemæus, sumptis in manus altaribus, contingens ipsa simulacra, & pulvinaria deorum, inauditis, ultimisque execrationibus adjurat.*

sic Virgilius libr. 12. *Æneid.* Latinum Regem introducit loquentem:

*Tango aram, mediosque ignes, ac numina
(testor.*

unde Propertius aram pro sacramento ponit:

Ergo qui pactas in fœdere ruperit aras.

in cujus rei fidem videte translatam huc ex Gorlæo Gemmam sub litt. Ii. in quâ Imperator armatus ac paludatus victoriæ aræ manum imponens, tacto ejus simulacro, adjurat. & inter Christianos semper in Ecclesiâ Romanâ super altare Jusjurandum præstitum satis Canones probant. vide C. habemus 22. Quæst. Jurament, sup. altar. & Calculum æreum sub
Litt.

Litt. Kk. ex *Cimelio nostro*, referentem fædus inter Gallos & Helvetios impositione manuum super altare & juramento sancitum.

Neque hic mos antiquis Græcorum latuit. scribente M. Tullio pro L. Cornelio Balbo: *ut mos Græcorum est, Jurandi causa ad aras accedebant.* habet & Æmilius Probus in Hannib: *ad aram adduxit, apud quam sacrificare instituerat, eamque, cæteris remotis, tenentem jurare jussit.* sic Seneca in *Hercul. furent. act. 3. scen. 3. vers. 875.*

*Thebis læta dies adest:
Aras tangite supplices.*

quod Livius 3. decad. lib. 1. post. princ. & Valerius Maximus lib. 9. cap. 3. affirmant.

In templi vero, ædisque consecratione postem tenens, accenso foculo, & consecrationis verbis rite conceptis, ne syllaba, vel verbo cadant, numen implorabat, qui templum, ædemve dedicaturus erat. Livius 1. decad. lib. 2. postem, scribit, *jam tenenti consuli, fædum inter precationem Deum nuncium incutiunt: mortuum ejus filium esse, funestaque familia dedicare eum templum non posse. non crediderit factum, aut tantum animo roboris fuerit, nec traditur certum, nec interpretatio est facilis. Nihil aliud ad eum nuncium à proposito aversus, quam ut cadaver efferri juberet: tenens postem, precationem peragit; & dedicat*

216 DE VETER: AC RECENT.

templum. Cicero in Orat. pro domo suâ ad pontif. *Postem teneri*, inquit, *in dedicatione oportere videor audisse templi.* & paulo post: *verbone Pontifices putatis, si is postem tenuerit, & aliquid dixerit; domum unius cujusque consecrare posset?* Postem vero templorum absque dedicatione illa templorum, ædiumve sacrarum, adorantes numina, amplexos esse nonnullos optime Poetarum Latinorum princeps probat lib. 2. *Æneid.*

Tum pavidæ tectis matres ingentibus er-
(rant,
Amplexæque tenent postes, atque oscula
(figunt.

Nonnulli passim aris cum advolverint, teste Papinio Statio lib. 5. sylv. 1.

———— *Dum cunctis supplex advolveris*
(aris,
Et mitem genium Domini præsentis ado-
(ras.

aras amplectebantur, Apulej. libr. 6. *metam:* *tunc genu nixa, & manibus aram repente amplexa, deterfis ante lacrymis, sic deprecatur.* & Senec. Herc. fur. Aët. 2. verl. 503.

Complectere aras, nullas eripiet Deus
Te mihi.

alii Genua complectebantur. Claudianus de Rapt. Proserp. lib. 1.

Sed

Sed Parca vetuere minas, orbique timen-
Ante pedes, soliumque ducis fudere seve-
Caniciem, Genibusque suas cum supplice
Admovere Manus.

& Anacreon ad Cupidinem:

Ἐπιστρέφεται, δὲ ὑψηλῶν ὀρέων κορυφὰς γουνοῦ-
 σὺ δ' ἀμύνης ἐλθὶ ἡμῖν κέχαισμένης δὲ ἀχολῆς
 (μαί σε
 ἐπακούειν.)

En Genua supplex amplector tua,
Tu propitius teneras exaudi preces.

quare Thyestes inquit apud Senecam in Thyeste
 act. 3. scen. 2. vers. 522.

—— *Frater, à genibus manus*
Aufer, meosque potius amplexus pete.

Græci & genua, & mentum in supplicando
 tangebant, ut Plinius docet libr. 2. cap. 45:
Antiquis Græciæ, inquit, in supplicando men-
tum attingere mos erat. & quidem dextrâ ma-
 nu, cum sinistrâ genua attingebant. sic Ho-
 merus lib. 1. Iliad.

καὶ ῥα παροῖθ' αὐτοῖο κατίζετο, ἢ λάβε γένων
 Σκαιῇ, δεξιτέρη δ' ἄρ' ὑπ' ἀνθερείων· ἰλῆσα.

O 5

Et

Et ante ipsum sedit, & apprehendit ge-
(nibus
Sinistra, dextra autem mento apprehen-
(dens.

Alii totum simulacrum ipsius Dei tenebant;
 sicut de mulierculis in Plauti Rudente act. 3.
 scen. 2. dicitur:

Veneris signum sunt amplexæ, nunc homo
(audacissimus
Eas deripere vult.

quod L. Syllam Valer. Maximus lib. 1. cap. 2.
 scribit fecisse, quoties prælium committeret.
 verba ejus sunt: *L. Sulla, quoties prælium*
committere destinabat, parvum Apollinis Sig-
num, Delphis sublatum, in conspectu militum
complexus, orabat uti promissa maturaret. cu-
 jus rei exempla prebent appicta ex Gorlæo
 Gemma sub Litt. Hh. & Marmor antiquissi-
 mum ex J. J. Boissardi Antiquitat. Roman.
 part. 1. desumptum, at diminutum, ubi sacri-
 ficiu solenne Priapi coronati & oleo delibuti
 conspicitur, & ad sinistru ejus latus Ithyphal-
 lus Sacerdos illius statuam manibus compre-
 hendit, & osculari videtur.

Supplices autem apud Græcos palmites ma-
 nibus plerique gestabant, ut benevolentiam
 numinis, cui supplicabant, sibi conciliarent,
 prout Triclinius Comment. in Soph. Oedip.
 Tyr.



ADORATIONIBUS. 219

Tyr. vers. 3 tradit; atque illos lana circumdare solebant, & hujusmodi lana, quod circumvolvi solebat, à Latinis Vitta dicebatur vel Infula. Virgil. *Æneid.* lib. 7. vers. 236.

————— *Ne temne, quod ultro
Præferimus manibus vittas ac verba pre-*
(cantum.

à Græcis autem σέμμα dicebatur, uti expresse vetus Sophoclis Scholiastes affirmat in vers. 3. *Oedip.* Tyr. σέμμα δέ ἐστι τι προσειλημὶνον ἔλαιον τῷ θαλλῷ. & Homer. *Iliad.* A. vers. 14.

Στέμμα τ' ἔχων ἐν χερσὶν ἐπηβόλε 'Απόλ-
(λων).

atque his ramis Statuæ genua, cui vota faciebant, attingere solebant, & si spes de felici exitu affulgeret, ad manum dextram, vel ad mentum vel genas usque admovebant palmities, quorum exempla passim apud Homerum & veteres Scriptores alios adeo obvia sunt, ut supervacuum duco illa afferre. verum observatione dignum est, quod olim in more positum erat, ut iidem supplices sinistra manu ramos istos *ικετηίους* gestarent, dum manu dextrâ Deorum signa apprehenderent, uti ex *Æschyl. Suppl.* vers. 199 liquet. ubi Danaïdes ad Jovis aram accedentes cum *ικηλείους* jubentur à Patre,

Σειμ

120 DE VETER: AC RECENT.

Σεμνῶς ἔχουσαι Δεὰν χερῶν ἱωνύμων,
Cum reverentia easdem gestare manibus
(sinistris.

quo loco vetus Enarrator, ὅτ' ἐσιν, ἀντέχεσθε
 τῇ θεξιᾷ τῶν ἀγαλμάτων. τῇ αὐτοῖς τὰς κλάδας
 κατέχουσαι, quod est, *adprehendite dextra sta-*
tuas, sinistra ramos supplicum tenentes,

C A-

CAPUT XXIII.

*Lacrymæ precibus plerisque additæ. ipsis
Diis lacrymæ attributæ per Gentiles.
aræ, limina, postes, simulacra lacry-
mis rigabantur. pænitentia ergo coram
Deo Judæi ac Christiani secuti sunt
hunc morem.*

Desperantes solis precibus Deos posse flecti,
ad plurimum lacrymis moveri credebant
Veteres. Ovid. eleganter lib. 3. de Pont.

*Gratia si nulla est, lacrymæ tibi gratia
(fiant:*

Hac potes, aut nulla parte movere deos.

& de Venere testatur Tibullus lib. 1. eleg. 4.

*Blanditiis vult esse locum Venus ipsa que-
(relis.*

Supplicibus miseris flentibus illa favet.

hinc ad aram Misericordiæ, ubi nullum dei
simulacrum erat, nec thure adolebant, nec
victimam afferebant, solis lacrymis litantes,
docente id præter alios Statio theb. lib. 12.

————— *Noctesque diesque
Ire datum, & solis numen placare que-
(relis.
Parca*

222 DE VETER: AC RECENT.

Parca superstitio. non thurea flamma nec
(altus
Accipitur sanguis, lacrymis altaria su-
(dant.

ita & Curtius de Dario scribit: *Darius capite velato diu flevit.*

Ipsisque diis suis Gentiles lacrymas sæpius-
 cule adscripserunt. uti has Veneri tribuit Sta-
 tius theb. lib. 3. vers. 271.

— *Nec genus Harmonies, nec te connubia*
(cælo
Festa, nec hæ quicquam lacrymæ, furi-
(bunde, morantur?

Aras vero, limina, postes, simulacra, illo-
 rumque genua, pedes, vestigia manusque la-
 crymis rigare solebant. sic dictus Stat. Silvar.
 libr. 5.

— *Nunc anxius omnibus aris*
Illacrymat, signatque fores, & pectora
(terget
Limina.

rursus Lucanus lib. 3. vers. 30.

Hæ lacrymis sparsere deos, hæ pectora
(duro
Affixere solo, lacerasque in limine sa-
(cro
Attoni-

*Attonitæ fudere comas, votisque vacari
Assuetis crebris ferunt ululatibus au-*
(res.

scribit Apulejus lib. 6. Mil. *Tunc Psyche uberi fletu rigans deæ vestigia.* Prudentius Peristeph. hymn. 10.

*Jam si sub aris ad sigillorum pedes
Faceatis.*

& paulo post:

Sed credo magni limen amplectar Jovis.

annuis etiam festis quorundam deorum fata illacrymabantur. Jul: Firmicus de error. profan. religion. pag. 14. scribit: *si dii sunt, quos colitis, cur eos lugetis? cur eos annuis luctibus plangitis? si lachrymis, & luctu digni eos dignos putatis, Deos appellare nolite, ne luctibus, ac lachrymis vestris, majestas divini nominis polluat.* & post: *in plurimis orientis civitatibus, licet hoc malum etiam ad nos transitum fecerit, Adonis quasi maritus plangitur Veneris, & percussor ejus circumstantibus, vulnusque monstratur.* quod Ovidiana verba lib. 10. Metam. affirmant. ubi Venus inquit:

————— *Luctus monumenta man-*
(bunt.
Sem-

224 DE VETER: AC RECENT.

Semper Adoni mei, repetitaque mortis
(imago
Annua plangoris peraget simulamina no-
(stri.

Ita coram vero Deo Hebræi factitarunt; & Samuel libr. 1. cap. 1. comm. 10. de Matre sua Hanna scribit: *quumque esset amaro animo, supplicavit Jehovam, & vehementer flevit.* & libr. 2. Machab. cap. 13. comm. 12. *quum itaque omnes simul idem facerent, & orarent Misericordem Dominum cum fletu, ac jejuniis dies tres indefinenter prostrati, hortatus eos Jehuda jussit venire ad se.* ita Veteres, ita hodierni Christiani sæpius inter preces lacrymant ob peccata sua. Hieronym. Vida in hymno ad Jesum Christum:

Tunc etiam, sed jam erumpit mihi pectore
(fletus,
Et lacrymas oculi fluminis instar a-
(gunt.
Flere juvet saltem, lacrymisque explere
(dolorem.
Quando aliud nil est, quod tibi persol-
(vam.

& Prudentius Cathemer. Hymn. Matutin. ad Christum:

— *Te cantu pio,*

Rogare

ADORATIONIBUS. 125

Rogare curvato genu

Flendo, & canendo discimus.

& ibid. in hymn. ad Galli cantum.

Jesum ciamus vocibus.

Flentes, precantes, sobrii.

atque lacrymæ copiosius profluentes non raro
Fontibus & Rivis, Fluminibus ac Imbribus
& Nivibus; Solis tepore solutis; comparan-
tur; cujus comparationis paucissima exem-
pla depromam. F O N T I quidem lacrymas
comparat Naso in Epist. Hermiones vers. 64.

Has solas habeo semper, semperque pro-
(fundo.

Hument incultæ fonte perenne genæ.

ac afflatu divino impulsus Jeremias cap. 9. comm.
1. *quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis*
fontem lacrimarum? & plorabo Die ac nocte
interfectos filiae populi mei. adde Homeri Iliad. I.
vers. 13.

— αἰν δ' Ἀγαμέμνων

Ἰσατο δακρυχέων, ὥς κρήνη μελάνυδρ' &

Ἦτε κατ' αἰγίλιπ' πέτρης δυοφερὸν χέει

(ὑδωρ.

— Agamemnon autem

Surrexit lacrymas fundens, ceu fons aquæ

(nigræ,

Qui ab excelsa petra obscuram fundit

(aquam.

P

Rivo

226 DE VETER: AC RECENT.

RIVO; Psalmista psalm. 119. comm. 136. Eobano Helio interprete.

Sicut aquæ largos fundunt mea lumina ri-
(vos

Dum video legis culta perire tua.

nec non Ovidius Met. lib. 9. vers. 654.

Muta jacet; viridesque suis terit unguibus
(herbas

Byblis; & humectat lacrymarum gramina
(rivo.

FLUMINI; idem Poëta in Epistola Hermiones vers. 62.

Flere licet certe: flendo diffundimus
(iram:

Perque finum lacrymæ fluminis instar
(eunt.

atque Claudianus libr. 3. de rapt. Proserp. vers. 128.

Larga vel invito prorumpunt flumina
(vultu.

Multi cum IMBRE contulere. Seneca canit in Thyeste vers. 950.

Imber vultu nolente cadit:

Venit in medias voces gemitus:

Mæror lacrymas amat assuetas.

Flendi miseris dira cupido est.

refert

ADORATIONIBUS. 227

refert & Petronius: *intravit ipsa, una comitata virgine, sedensque super torum meum diu flevit. ac ne tunc quidem nos ullum adjecimus verbum, sed attoniti expectavimus lacrymas ad ostentationem doloris paratas. Ut ergo tam ambitiosus detonuit Imber, retexit superbum pallio caput. non Pauciores cum NIVIBUS SOLUTIS.* Albinovanus Consol. ad Liviam Aug. vers. 102.

Liquitur: ut quondam Zephyris & Soli-
(*bus ietæ*)
Solvuntur teneræ, vere tepente, nives.

Seneca Hippol. vers. 381.

*Lacrymæ cadunt per ora, & assiduo genæ
Rore irrigantur: qualiter Tauri jugis
Tepido madescunt imbre percussæ nives.*

& Petronius:

*Hæc ait, & tremulo deduxit vertice canos,
Consecuitque genas, oculis nec defuit imber.
Sed qualis rapitur per valles improbus am-*
(*nis,*)
Quum gelidæ periere nives, & languidus
(*Auster*)
*Non patitur glaciem resoluta vivere terra,
Gurgite sic pleno facies manavit, & alto
Insonuit gemitu turbatum murmure pec-*
(*tus.*)

228 DE VETER: AC RECENT.

Obiter monendum puto, quod idolorum statuis lacrymas adscripserint Gentiles. testis est Tibullus lib. 2. eleg. 5. vers. 75.

*Ipsū etiam Solem defectū lumina vidit
Fungere pallentes nubilus annus equos;
Et simulacra Deum lacrymas fuisse te-
(pentes.*

memoriā digna sunt Livii verba libr. 43. cap. 13. *Minturnis quoque per eos dies cœli ardentis species affulserat. Reate imbri lapidavit. Cum in arce Apollo triduum ac tres noctes lacrymavit.* sic & Virgilius Georg. libr. 1. vers. 479.

*Et mœstum in lacrymat templis Ebur, æra-
(que sudant.*

nec non Silius Italicus lib. 8. vers. 646.

— — — *atro sanguine flumen
Manavit Jovis in templis, lacrymeque
(vetusta
Effigie patris large fluxere Quirini.*

C A-

CAPUT XXIV.

Circumactio corporis apud Veteres Gentiles observata. Dempsterus laudatus. Romani se ad dextram partem vertebant, idem mos ad honorandos principes introductus. Galli veteres ad sinistram partem corpus circumagebant, idem ritus hodie ab Indis nonnullis tenetur, omnis circuitio apud Judæos ad dextram fieri debuit. inter Christianos Pontificii idem in Mysticis sacris observant.

Inter preces publicas corpus circumagebant adeo, ut ritum antiquissimum sacrificantium fuisse ex eo conjicere queat, quod piacularis, & expiatorii sacrificii genus à circumlatione dictum contendat Servius ad libr. 6. *Æneid.* vers. 229. Titus Livius 1. Decad. lib. 5. scribit: *convertentem se inter hanc venerationem traditur memoriæ prolapsus cecidisse.* de convertendi in adoratione modo ita Propertius lib. 3. eleg. 7.

*Quæ mulier gravida est, jactat convitia
(linguæ,
Et Veneris Magnæ vortitur ante pedes.*

230 DE VETER: AC REOENT.

ita enim lego, *pro voluitur*, cum Clariss.
Dempstero ex MS. Codice. canit & lib. 5. fast.
Ovidius,

*Cumque manus pure fontana perluit unda,
Vertitur, & nigras accipit ore fabas.*

nam & inter symbola Pythagorica illud erat
~~περικυβερνῆσαι τὸ σῶμα~~, id est, *adorandum*
circumactus corporis. nimirum ad imitationem
cæli, perpetua vertigine, circumacti, Eras-
mus Chil. 1. cent. 1. in proverbio: *Adorato*
circumactus.

Hoc autem Romani in dextram partem fe-
cerunt. Plutarchus in Camillo non longe à
principio, *cum hæc*, inquit, *dixisset, ut mos*
est Romanis, preces agentibus, se ad dextram
volvere, circumnectens cecidit. & festive ad-
modum Plautus in Curcul. act. 1. scen. 1. cum
Palinuro servo diceret, *quo me vortam, nescio*,
Phædromus, respondet, *si Deos salutas, dex-*
troversum censeo. hoc idem planius, & ube-
rius Plutarchus narrat his verbis: *manus in cœ-*
lum ad deos superos sustulit Camillus, & pre-
cans, Jupiter magne, inquit, & vos dii bono-
rum, & malorum facinorum inspectores, vos
ipsi scilicet juxta atque Romani scitis, nos non
contra jus, sed necessitate coactos, & injuriam
acceptam referenteis, hominum malevolorum
& jura, legesque negligentium urbem ulcisci,
quod si qua etiam nobis reciproca, & vicissim
rediens

ADORATIONIBUS. 231

rediens præsentis felicitatis ultrix justitia debetur, precor, & pro civitate, & pro exercitu Romanorum, ut hæc in caput meum cum minimo incommodo recidat. hæc locutus, quemadmodum mos est Romanorum, posteaquam precati, & venerati sunt, se dextram partem versus vertere, interea dum se circūmagit, prolapsus est, quam ad rem facit ut plurimum appicta ex Gorlæo Gemma sub Littera L1, & hanc superstitionem postea, ad Principes honorandos, transmigrasse ex Suetonii Vitellio videre possumus.

Sed quid Galli antiquitus? hi diverso modo corpus circumegerunt, scilicet ad sinistram partem, uti clarissimis verbis narrat Plinius libr. 28. cap. 2. *in adorando dextram ad osculum referimus, totumque corpus circumagimus, quod in lævum fecisse, Galli religiosius credunt.*

Simile quid inter Orientales Indos Bramines observare solent. audite Carolinum, & Abrah. Rogerium in aperta Janua operti Gentilismi cap. 17. *postea simulacrum ter circum-eunt à manu dextra, nonnulli pluries; at quoties simulacrum circumierunt, toties expansis, sed complicatis manibus coram simulacro corpora sua prosternere legibus tenentur.*

De Judæis testatur R. Mosche Fil. Maimon. hypothesein illis esse omnem circuiti-
onem ad dextram fieri debere in sacris, scribit

232 DE VETER: AC RECENT.

& R. Ob. de Bartenora illis præceptum esse: *quocunque te verteris, semper ad dextram te vertas.* huc respicitur §. 3. cap. 5. de sacrificiis in Misna Judæorum: *ascendit* (Sacerdos) *super clivum, & respicit ad circumeundum, & venit ad cornu meridionale orientale, ad occidentale meridionale.* & Misnæ §. 3. cap. 6. de sacrific. qui sonat: *quicunque accedunt ad altare ascendant versus dextram, & circumeant, descendantque à sinistrâ.* ritus vero vertendi inde orta videtur, quod Persæ juxta Plutarchum crederent Coeli circulum deum, quia in se omnia complectitur, & Hermes Deum dixit circulum, cujus punctum ubique, circumferentia nusquam. Clivus enim erat ad meridiem, & quando per illum ascendebat Sacerdos, atque ad altare se vertebat, dextra illius ad orientem, atque circumeundo, cum rediisset prius per dextram ad orientem, per ambitum ad cornu istud pertingebat versus dextram, & facie ipsius ad altare à meridie ad orientem conversa, & ab oriente ad septentrionem, à septentrione ad occidentem. qua de re amplius & doctissime commentantur supracitati Rabbinii ad dictum locum Misnæ edit. Surenhusianæ.

Idem inter hodiernos Christianos Pontificii in sacris mysticis facere consueti sunt, sed aliam ob causam; nam & in dextram, & in sinistram diversa ratione, dum rem sacram missam faciunt, circumaguntur, uti ritualibus illorum libris continetur.

C A.

CAPUT XXV.

Oscula in venerationibus Deorum solennissima. vel ad Os, vel ad Manus, vel ad Pedes dabantur. statuarum dextræ osculis appetitæ à prætereuntibus urbiumque portas exeuntibus civibus. honor idem sæpius Principibus datus. Limina templorum exosculati sunt Veteres Romani ac Græci. quare Limen Nova Nupta transilibat, et nondum debebat tangere. Postibus interdum ac Portis & ipsæ Terræ oscula figebantur. posterior mos apud nonnullos Indos adhuc observatur. similis ritus apud Mahomethanos viget, & Christianos Pontificios. modi varii osculandi recensentur. Salmasius laudatus. osculum labratum quid.

Neque minimum venerationis genus existimabant Gentiles osculum, quod ore dabatur vel ad os, vel ad manus, vel ad pedes Idolorum, quinimo vel ad Limina, Postesque Templorum vel ad Terram.

De Ore refert Cicero libr. 5. in Verrem.

234 DEVETER: AC RECENT.

ibi est ex ære simulacrum ipsius Herculis, quo non facile dixerim me quidquam pulchrius vidisse, usque eo, Judices, utriusque ejus ac mentum paulo sit attritius, quod in precibus ac gratulationibus non solum id venerari, sed etiam osculari solent. hoc tamen raro fiebat, cum Idolorum sanctitatem prophanari eo credebant, quare potius illorum manibus oscula figebant. sic Lucretius lib. 1. vers. 317.

———— tum portas propter athena
*Signa, manus dextras ostendunt attenuari
 Sæpe salutantum tactu, præterque mean-*
(tum.
Hæc igitur minui, cum sint detrita, vi-
(demus.

Verum hæc religiosâ observatione dabantur Dextris tantum. Tacitus Annal. 15. cap. 71. *sed compleri interim urbs funeribus, Capitolium victimis: alius filio, fratre alius aut propinquo, aut amico. interfectis, agere grates Diis, ornare lauru domum, genua ipsius advolvi, & dextram osculis fatigare. ænea enim signa ac statuæ ad portas collocatæ videntur juxta illud Varronis lib. 4. de L. L. nam neque quas Ambracia ante portas statuit, duas viriles species æneas Dii magni. atque horum manus dextras osculatos esse exeuntes Cives boni ominis ac eventus causa docet citatus locus Lucretii, & adhuc Divonæ Cadurcorum antiquissimum*
monu-

monumentum exstat, exhibens mulierem coram Idolo dextram deosculantem.

Nonnullos vero *pedes* osculis honorasse testantur Apulejus Miles. 11. *exosculatis vestigiis Deæ, quæ gradibus hærebat argento formata, ad suos discedunt Lares.* Arnobius lib. 6. adv. Gent. pag. 202. *ita enim non videtis spirantia hæc signa, quorum plantas, et genua contingitis, et contrectatis orantes.* & egregie Prudentius contra Judæos,

Augustum caput ante pedes curvare Mi-
(nervæ
Fictilis, et soleas Junonis lambere.

Quod nonnunquam Tyranni patiebantur sibi hominibus fieri, quemadmodum de Maximo Juniore Julius Capitolinus refert, licet Maximinus Senior, ejus pater, solitus esset dicere; *Dii probibeant, ut quisquam ingenuorum pedibus meis osculum figat.* & de C. Cæsare testatur Seneca lib. 2. de Benef. cap. 12. quod Pompejo absoluto & gratias agenti osculandum sinistram pedem porrexit. addo locum elegantem Appendicis libri Estheræ, qui est cap. 13. comm. 12. & Mardocheum inducit orantem: *tu omnia nosti, tu scis, Domine, quod non per contumeliam, neque per superbiam, neque per gloriæ cupiditatem hoc fecerim, non adorando superbum Amanum. nam lubenti animo soleas pedum ejus osculari vellem ad salutem*

136 DE VETER: AC RECENT.

lutem Israël: sed feci hoc, ne gloriam hominis collocarem supra gloriam Dei. neque pedibus tantum sed & genubus ac manibus oscula data probat Suetonius in Tiberio cap. 72. Chari- clem Medicum, quod manum sibi osculandi cau- sa apprehendisset. & Claudianus canit libr. 2. in Rufinum:

*Illæ manus, quæ sceptræ sibi gestanda pa-
(rabat,
Cujus se toties submitit ad oscula sup-
(plex
Nobilitas.*

de Genuum osculis Ammianus Marcellinus lib. 28. *ex his quidem cum salutarî plectoribus oppositis ceperunt, osculanda capita, in mo- dum taurorum minacium, obliquantes, adu- latoribus offerunt genua suavianda et ma- nus.*

Quin etiam religionis esse credebant Ve- teres *Limina* ipsa Templorum sacrarumque ædium osculari. Tibullus libr. 1. eleg. 5. vers. 41.

*Non ego, si merui, dubitem procumbere
(templis,
Et dare sacratis oscula liminibus.*

Arnobius libr. 1. adv. Gent. *cum per omnia supplices irent templa, cum Deorum ante ora pro- strati, limina ipsa converrerent osculis. hinc Medea*

Medea apud Apolloniūm libr. 4. καὶ δ' ἔντα
λέχῳ, καὶ δικλίδας ἀμφοτέρωθεν σαθμύς. &
Theocritus in eraste: Κύς τάν φλοῖαν. oscula-
tus est limen. unde Religiosa Deorum Limina
scripsit libr. 2. Æneid. Maro. & Servius ad
Eclog. 8. Virgilii refert Varronem scripsisse, ideo
limen non tangere novas nuptas debere, ne à sa-
cristigio inchoarent, si deposituræ virginitatem,
calcent rem Vestæ, id est, numini castissimo con-
secratam. nullam certe dubitationem hujusce
ritus adorativi relinquit Juvenalis satyr. 6.
vers. 47.

—— Tarpejum limen adora
Pronus. ————

dum egregie Ovidius lib. 1. Metam. capit,

Ut templi tetigere gradus, procumbit uter-
(que
Pronus humi, gelidoque parens dedit oscu-
(la Saxo.

Figebantur interdum quoque oscula Posti-
bus. Virgilius Æneid. libr. 2.

Amplexæque tenent postes atque oscula fi-
(gunt.

rursus Æneid. lib. 3.

—— Sceæque amplector limina portæ.

& apud Valer. Maximum libr. 2. cap. 10.
exempl.

238 DE VETER: AC RECENT.

exempl. 2. Roman. Prædonum duces Scipionem Africanum, in Linternina villâ se tenentem, spectaturi, postes januæ tanquam aliquam religiosissimam aram sanctumque templum venerabantur. Urbis quoque portas quandoque discedentes honoris gratia osculatos, præter alatum Virgilii locum, testatur Rutilius libr. 1. Itinerarii.

Crebra relinquendis infigimus oscula portis.

Ingressi vero aliquam regionem, vel in Patriam reversi, Genios loci invocabant, adorabant, ac *terræ*, veluti carissimæ matri, oscula figebant religiosa. Ovidius Metam. lib. 3. vers. 24 & 25.

Cadmus agit grates, peregrinæque oscula
(*terræ*)
Figit, & ignotos montesque agrosque sa-
(*lutat.*)

Homerus quoque Odyss. N. vers. 354. de Ulyssæ canit, quod

Χαίρων ἢ γαίῃ, νόστι ᾧ ζείδωρον ἀρεργν.
Gaudens sua terra: osculatus autem est
(*almam tellurem.*)

& rursus Odyss. D. vers. 522.

— *χαίρων ἐπεβήσατο πατρίδα ἄνδρ,*
Καὶ κύνε ἀπλόμυθε λυὸ πατρίδα.

id

id est, *gaudens conscendit in patriam terram, & osculabatur attingens patriam suam.* testatur & Vinc. Le Blanc cap. 12. Itiner. in Regno Damute ad flumen Zaire incolas gentiles in Solis cultu terram osculo Devotionis honorare. de Muhamethanis vero narrant Reipublicæ Arabiæ Auctores cap. 7. pag. 33. quod *perveniunt ad sacellum, quod summa reverentia suo modo, atque cultu preces suas obmurmurantes septies circumeunt, angulos deosculantur.* rursus pag. 34. *videres hic, scribunt, nisi rideres potius, hominum turbam deosculantem atque amplectentem maximo cum ardore & affectu lapidem quendam, quem ipsi Hagiar Alasuad, scilicet Lapidem nigrum vocitant.*

Apud Christianos autem veteres cum Martyrum etiam vivorum vulnera exosculati sint, testibus Hymno 5 Peristeph. Prudentii in laudem Vincentii.

*Ille unguarum duplices
Sulcos pererrat osculis:
Hic purpurantem corporis
Gaudet cruorem lambere.*

ac Tertulliano lib. 2. ad Uxorem scribente: *quis in carcerem ad osculanda vincula martyris reptare patietur?* posteriori sæculo in superstitionem hæc res abiit, atque res externas homines osculari cæperunt. Joan. Sap. in epigrammate quodam de Capillis Divæ Catharinæ canit:

Croa

Credulus hic toto circumfert orbe capil-
(los;

Allicitur plebes in nova vota levis.

Conveniunt, orant, & crinibus oscula fi-
(gunt:

Si vero ore deos, vel tangere non potuissent, vel illos, tanquam parte corporis pudenda, illos contingere vererentur, eminus stantes, manus prius osculari solebant, ac postea eam versus illos, quos adorare cupiebant, porrigebant, uti recte contra Lipsium observat Salmasius in notis ad Flavii Vopisci Probum. cujus ritus ita meminit Lucianus *Ἐν δὲ 3. tom 3. edition. basil. pag. 92. ὁ δὲ πένης ἰλάσατο τὸ θεὸν φιλήσας μόνον ἢ αὐτὴ δεξιᾷ.* at si quis pauper sit, is ita Deo litat, ut dextram duntaxat suam ipsius exosculetur. egregie Plinius lib. 28. cap. 2. in adorando dextram ad osculum referimus. sic Apulejus in Apolog. scribit: si fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratiâ manum labris admoveere.

Vocabatur hoc osculum labratum, & fiebat priore digito in erectum pollicem residente. veluti testatur Apulejus Mil. libr. 4. inquiens: et admoventes oribus suis dextras, priore digito in erectum pollicem residente, ut ipsam prorsus deam Venerem religiosis adorationibus venerabantur. quem gestum nihil ab Hesperiorum ritu hodie abire scribit Lipsius, illosque ex pollice

pollice, & indice quasi cucem formantes, eam in adoratione, & templis deosculari, nisi quod isti pollicem Indici imponunt, Romani contra. Prudentius contra Symmachum libr. 1.

*Mox humeris positus nutricis, trivit & ipse.
Impressis filicem labris puerilia vota
Fudit, opesque sibi cæca de rupe poposcit.*

Uti vero, Plinio teste libr. 2. *religio quædam in dextrâ ponebatur*, hanc oribus admovêrunt, sicut aperte dicto loco Apulejus scribit. per excellentiam tantum Manum dixêrunt scriptores. Minucius Felix in Octavio pag. 2. *Cæcilius, simulacro Serapidis denotato, ut vulgus superstitiosus solet, manum admovens ori, osculum labiis impressit.* hic ritus ceterum etiam Populo Orientali in usu fuit juxta illud Jobi cap. 31. comm. 26. 27. 28. *si vidi Solem, cum splenderet, aut Lunam, nobiliter incedentem, & seductum est in abscondito cor meum & admota est manus mea ori meo, etiam hæc est iniquitas à judice vindicanda, quia sic negassem Deum supremum.* sæpius enim in Hebræorum phrasi Deosculatio est adoratio. Hieronymus libr. 1. contra Rufinum: *qui adorant, inquit, solent deosculari manum, & capita submittere.* & paulo post: *Hebræi juxta linguæ suæ proprietatem deoscultationem pro veneratione ponunt.* hinc &

Q

Psalm

242 DE VETER: AC RECENT.

Psalm 2. *Adorate , vel Osculamini filium.*
quibus adde verba Reg. 1. cap. 19. comm.
18. *Genua , quæ non sunt incurvata ante*
Baal , & omne os , quod non adoravit eum.
Verum subsisto , cum jam pridem doctissi-
mos Viros in hoc ritu ceremoniisque magno
lucro laborasse comperio, quorum diligentia, ac
famæ nihil detractum volo.

C A-

CAPUT XXVI.

Instrumenta musica in hymnis & Deorum placationibus apud Paganos ex Latinis Græcisque auctoribus adhibita probantur. in sacris & sacrificiis Veterum ad plurimum audiebantur. à Tenediis Abidisque contempta. Tibicines sacris publicis præsto erant, & Sacerdotum Ministri. Musica maxime in festis canebatur antiquitus. instrumenta hæc diversa erant. Organa, Sambucæ, Citharæ, Calami, Tubæ, Tympana, Tibiæ, Cymbala. illorum usus in veri Dei cultu apud Judæos celebris. Tubarum festum celebre. Cantores è Levitis electi. idem mos à Christianis medii ævi receptus, à nascenti Ecclesia spreus. Musica apud hodiernos Gentiles inter Diaboli invocationes observatur.

Non omittendum est, cum de hymnis quædam prælibaverim, nonnulla etiam addere de Instrumentis musicis, quæ ad sacrificia adhibebantur, teste Isidoro libr. 2.

Q 2

cap.

244 DE VETER: AC RECENT.

cap. 15. *ut enim, inquit, in veneratione Divina Hymni, ita in Nuptiis Hymenæi, in Funeribus Ibreni, & Lamenta ad Tibias canebantur.* & Apulej. de Deo Socrat. *Religionum diversis observationibus & sacrorum variis suppliciis fides impertienda est. Et si nonnulli sunt ex hoc Divorum numero, qui nocturnis vel diurnis, promittis vel occultis, letioribus vel tristioribus hostiis vel ceremoniis vel ritibus gaudeant: uti Ægyptia numina ferme plangoribus, Græca plerumque choreis, Barbara autem strepitu Cymbalistarum & Tympanistarum et Choraularum.* & sunt introducta in Sacris Musica Instrumenta propter Gentilium falsam opinionem, quod hisce iratos Deos suos possent mitescere. Horatius Carmin. lib. 1. Od. 36. vers. 1.

*Et thure et Fidibus juvat
Placare, et vituli sanguine debito.
Custodes Numidæ Deos.*

rursus libr. 4. Carm. od. 1. vers. 21. ad Venerem:

*Illic plurima naribus
Duces thura, Lyraeque et Berecynthiæ
Delectabere Tibiæ.
Mistis carminibus non sine Fistula.*

& Arnobius lib. 7. Adv. Gent. *Vos æris tinnitibus et Tibiarum sonis, vos equorum curriculis et theatralibus ludis persuasum habetis Deos et delectari*

lectari et affici, irasque aliquando conceptas eorum satisfactione molliri. quem locum optime Censorinus cap. 12 de Die Natali illustrat. Nam (inquit) nisi grata esset (Musica scil.) immortalibus Diis, qui constant ex anima divina, profecto Ludi Scenici placandorum Deorum causa instituti non essent: nec Tibicen omnibus supplicationibus in sacris ædibus adhiberetur: nec cum Tibicine triumphus ageretur, non Apollini Citbara, non Musis Tibiæ, ceteraque id genus essent attributa. non Tibicinibus, per quos numina placantur, esset permissum aut ludos publice facere, aut vesci in Capitolio. nulla ferme olim apud Græcos juxta & Barbaros Deorum sacra sine organica haud minus ac vocali Musica celebrata fuisse præclare Strabo lib. 10. pag. 467 probat, & observat Platonem & Pythagoreos priores omne, quod Musicum, Dei opus censuisse, & legimus in libro de anima è Timæo apud Plutarchum, antiquos Theologos sive vetustissimos Philosophos Instrumenta Musica in Deorum manibus reposuisse, non utique, inquit idem, quod eosdem Lyra vel Tibia ludere putarent; sed quod nullum Deo opus convenientius judicarent quam Harmoniam ac Symphoniam, ἔχ' ὡς λύραν πᾶ καὶ αὐλὸν, ἀλλ' ἔδεν ἔργον οἰόμενοι θεῶν, οἷα ἀρμονίαν εἶναι καὶ συμφωνίαν.

In sacris ergo Gentilium Instrumentorum Musicorum usus introductus est, unde *Sacri-*

246 DE VETER: AC RECENT.

fica Tibia apud Senecam in Agamemn. ac Ovidius Fast. lib. 6. canit :

Cantabat fanis , cantabat Tibia ludis.

adde, quod idem ritus apud Ægyptios, idem apud Græcos, idemque apud Romanos observabatur, & locum habuisse Isidis in cultu Tibullus lib. 1. eleg. 3. docet:

*Quid tua nunc, Isis, tibi Delia? quid
(mibi profunt*

Illa tua toties Æra repulsa manu?

deque Deæ Syriæ sacris Apulejus Miles. 8. testatur, *Inibi, scribens, vir principalis et alias religiosus, et eximie Deum reverens, tinnitu cymbalorum et sonitu tympanorum, cantusque Phrygii mulcentibus modulis excitus procurrit obviam: Deamque votivo suscipiens hospitio nos omnes intra conspectum domus amplissimæ constituit.* Junoni ipsi pulsata cymbala Lucianus in Dea Syria refert: *Αἰτ' μὲν ὦν κατ' ἡσυχίην θύσαι ἔτε αἰέδοντες, ἔτε αὐλέοντες εὖτ' ἂν δὲ τῇ Ἥρῃ πατάρχωνται, αἰέδουσι τε, καὶ αὐλίσουσι, καὶ κρόταλα ἐπικροτήσουσι.* id est, *sed quando Junoni primitias offerunt, voce tibiaque canunt, et crotala pulsan.* ita etiam in Minervæ hymnis Tibias adhibitas probat Cæl. Rhodiginus Lect. Antiq. lib. 9. cap. 7. & licet apud Gentes nonnullas sine Musica sacra fierent, quemadmodum Diod. Siculus lib. 5 de Tenediis, & Strabo lib.

ADORATIONIBUS. 247

lib. 17 de Abidis referunt, frequentior tamen mos viguit non sine Tibicinibus sacrificare: hinc illi in inscriptionibus sacris Publicis Præsto esse dicuntur, uti apud Gruterum pag. 269. habetur :

IMP. CÆS. IMP. CÆS.

L. SEPTIM. SEVERI.

PII. PERTINACIS.

AUG. ARAB. ADIABEN:

PACTHIC. MAXIMI. FORTISSIMI.

FELICISS. P. P. FILIO.

M. AURELIO. ANTONINO PIO

FELICI. AUG.

TRIB. POT. III. PROCOS.

TIBICINES. ROMANI. QUI. SACRIS.

PUBLIC. PRÆST. SUNT.

hinc templorum Tibicines vocantur apud Jul. Firmicum lib. 4. cap. 7. & sacrorum Tibicines apud Gellium lib. 1. cap. 12. & Reinesium pag. 363. in Inscriptione 16. Class. 5.

C. OSCIO. C. F. VOL. SECUNDIO.

TIBICIN. SACRORUM.

PRAEF. MERK.

HON. USUS.

248 DE VETER: AC RECENT.

à Rosino Antiq. Rom. lib. 3. cap. 31. inter Sacerdotum Ministros recte numerantur, quorum collegium apud eundem Reinesium memoratur pag. 184. inscript. 167.

NUMINI. DOMUS. AUGUSTORUM.

VICTORIÆ. SACRUM.

GENIO. COLLEGII. TIBICINUM.

ROMANORUM. Q. S. P. P. S.

A. TUCCIUS. Q. Q. II.

S. P. D. D.

Neque in Hymnis, Sacris, Sacrificiisque Deorum Musica Instrumenta tantum locum habebant, aut maxime in festis quoque publicis adhibita docemur ex genuinis Latinis atque Græcis Scriptoribus. sic elegantissimus Poëta Amor. lib. 3. eleg. 10.

Festa dies, Veneremque vocat, CANTUS-
(*QUE merumque.*

Juvenalis Satyr. 6. vers. 313.

Nota Bonæ secreta Deæ cum TIBIA
(*lumbos*
Incitat, et cornu pariter vinoque feruntur
Attonitæ, crinemque rotant ululantque
(*Priapi*
Mænades.

& rur-

& rursus Ovidius Amor. lib. 3. eleg. 13.

*Casta Sacerdotes Junoni festa parabant.
Per celebres ludos, indigenamque bovem.*

& mox:

*Accipit ara preces, votivaque thura pio-
(rum,
Ara per antiquas facta sine arte ma-
(nus.*

*Hic ubi personuit solemnī TIBIA cantu,
It per velatas annua Pompa vias.*

inter Græcos autores Strabo lib. 10. ex Pindari Dithyrambis probat Matrem Deum cymbalis cultam esse. verba sonant:

Σοὶ μὲν καὶ ἄρχει μάτερ πάρα
Μεγάλοι ρόμβοι κυμβαίων ἐνδεκ' ἀχλάδων
Κροῖαλ' αἰθόμενα τε δαῖς ὑπὸ ξανθῇσι πεύκαις.

id est, vertente Guarino Veronensi,

*Tibi sane mater inchoat
Adraſti magni Cymbalorum Strepitus
Et fax ardens flavas sub pinos.*

nec non Clem. Alexandr. ad Gent. Πολλὰ
καγαθὰ γένοιτο τῷ τῶν Σκυθῶν βασιλεῖ, ὅσις ποτὲ
ἦν Ἀνάχαρσις. ἔτ' τὸν πολίτην τὸν ἑαυτῆ τὴν ᾠδὴν
Κυζικηνοῖς μητρὸς τῶν θεῶν τελετὴν ἀπομιμῶμενον
ᾠδὴν Σκυθαίαις, τύμπανόν τε ἐπικλυπῆντα, καὶ κύμ-
βαλον

250 DE VETER: AC RECENT.

βαλον ἐπηχῶντα οἷα τῷ τετραγύρῳ τινὰ μητεγγύρῳ
ἐξηρήμενον, κατετόξευσεν. id est, *Multa bona*
REGI Schyitarum eveniant, quicumque fuerit
Anarchafis. is civem suum, qui Matris Deorum
Sacra, quæ sunt apud Cyzicenos, in Schytia
imitabatur, & tympanum perstrepens, & cym-
balum resonans, ut Metragyrtes aliquis, collo
appensum habebat, sagittis confodit.

Varia autem *Instrumenta Musica* cantum Sa-
crificiorum & Festorum composuisse ex scrip-
toribus antiquis colligo. Prudentius Apotheos.
Hymn. 2. canit,

Hæc ait et varios jubet obmutescere can-
(tus
ORGANA, SAMBUCA, CITHARAS, CA-
(LAMOSQUE, TUBASQUE.
Stulta superstitio tacuit, vox festa quie-
(vit,
Quæ male conspicuæ celebrabat imaginis
(aurum.

Ovidius *Metam.* libr. 4. Bachi festa descri-
bens,

—— *Et adhuc Minyeia proles*
Urget opus, spernitque Deum, festumque
(profanat:
TYMPANA cum subito non apparentia
(raucis
Obstre-

ADORATIONIBUS. 251

Obstrepuere sonis, & adunco TIBIA
(cornu,
TINNULAQUE ÆRA sonant.

& Diodorus Siculus libr. 5. in nuptiis Cadmi & Harmoniæ, *Electra*, ait, *Magnæ Deum matris sacra una cum* CYMBALIS & TYMPANIS & ORGIA *ducentium Choris donavit.*

Subsequitur Musicam Gentilium ejusdem usus in vero Dei cultu apud Judæos & Christianos veteres, ad inflammandos scilicet pietate atque devotione animos. ita Paralip. 1. cap. 13. comm. 8. habetur : *David autem et omnes Israëlitæ præ lætitia gesticabant coram Deo totis viribus, tam Canticis, quam CITHARIS et NABLIIS, et TYMPANIS et CYMBALIS atque TUBIS. & 2 Paralip. cap. 5. Levitæ Cantores CYMBALIS et PSALTERIIS et CITHARIS concrepabant, et cum eis Sacerdotes centum viginti canentes TUBIS, igitur cunctis pariter et TUBIS, et voce, et CYMBALIS, et ORGANIS, et diversi generis Musicorum concinentibus, et voce in sublimē tollentibus, longe sonitus audiebatur. cum Dominum laudare cœpissent, et dicere : Confitemini Domino, quoniam Bonus, quia in seculum Misericordia ejus. atque rursus cap. 29. Cumque offerrentur holocausta, cœperunt laudes canere Domino, ac clangere TUBIS atque in*
diver-

252 DE VETER: AC RECENT.

diversis ORGANIS, quæ David rex Israël præparaverat, concrepare. Quinimo Tubarum festum apud illos observatum videmus Die Primâ mensis septimi, quem Judæi Tisri, nos Septembrem nominamus secundum ipsius Dei præceptum Levit. 23. mense septimo prima Die mensis erit vobis Sabbathum memoriale clangentibus 'TUBIS, et vocabitur Sanctum. nullum opus Servile facietis in eo, et offeretis holocaustum Domino. & hujus diei mentio facta est Psalmo 80. Buccinate in Neomenia TUBA in insigni die solemnitatis vestræ, quia præceptum est in Israël.

Musica ergo Instrumenta erant Tubæ, Cymbala, Psalteria, Citharæ, & quæ præcipue Organa dicebantur, uti ex citatis locis colligo; neque quisquis pro lubitu illa tractabat, sed certi constituti Levitæ, qui CANTORES vocabantur, uti habetur 1. Paralip. 23. & 24. igitur David et præfectus exercitus segregaverunt in ministerium filios Asaph et Heman et Idithun, qui prophetarent in CITHARIS et PSALTERIIS et CYMBALIS secundum Numerum suo sibi dedicato officio servientes. Sacerdotes vero ipsi tubis ante eos caneant, uti 2. Paralip. cap. 7 dicitur, SACERDOTES stabant in officiis suis, et LEVITÆ organis carminum Domini, quæ fecit David rex, hymnos canentes per manus suas, porro SACERDOTES caneant TUBIS
ante

ante eos. & Esdræ cap. 3. fundato à cæmentariis templo Domini, steterunt SACERDOTES in ornatu suo cum TUBIS, & LEVITÆ filii Asaph in CYMBALIS, ut laudarent Deum per manus David regis Israël.

Huncce ritum sequebatur mediū ævi Ecclesia Christiana, & hodierna tenet, atque Augustinus, si recte pieque, ut modestiam Christianam decet, exerceatur Musica, hisce verbis Psalm 31. Concord. 1. indulget: *Et si ad Lyræ, vel Citharæ canere, & psallere noveris, nulla in te cadet reprehensio; Hebræorum justum Regem imitaberis, qui Deo est gratus & acceptus: Exultate justî in Domino; rectos decet collaudatio: Confitemini Domino in Cithara, & Psalterio decachordo ei Psallite.* nascens tamen Ecclesia, dum in Christianorum pectoribus adhuc vivebat accensus iste pietatis ardor, omnia luxuriæ & voluptatum instrumenta aspernavit, præsertim si ullam Idololatriæ speciem immistam putaret, quo etiam nomine tibiarum usus damnatus est, quod Gentilium in sacris tibiæ canebantur. Clem. Alexandr. libr. 11. Pædag. cap. 4. *σύριγγες μὲν οὖν ποιμέσιν ἀπονεμεμήθησαν: αὐλὸς ὃ ἀνθρώποις δασιδάμοσιν εἰς εἰδωλολατρείας σπεύδουσιν. & ibid. Ἐν δὲ ἀρχῇ ὀργάνῳ τῷ λόγῳ μόνῳ τῷ εἰρηνικῷ ἡμεῖς κεχρημένοι, ὃ γε σίρομεν τὸν Θεόν, ἔτι*

ἔτι τῷ ψαλτηρίῳ τῷ παλαιῷ καὶ τῇ σάλπιγγι καὶ τυμπάνῳ καὶ αὐλῷ. quod est, uno ergo Instrumento verbo solo pacifico nos utimur, quo Deum honoramus, non amplius veteri Psalterio, et TUBA, et TYMPANO, et TIBIA.

Secuti hodierni Gentiles Patres suos plerumque Numina sua Musicis Instrumentis colunt. ita Casp. Balby in Itiner. suo cap. 39 scribit de Peguanis: *quando quispiam ægrotat, Diabolo votum facit, ne plus mali sibi impungat, cum Deum omnis boni, Diabolum vero omnis mali fontem credunt. quando igitur tale votum Peguani fecerunt, sublime theatrum erigunt, albisque vestibus ornant et floribus, quibus varios cibos propter Diabolum imponunt, ne in posterum sibi plus infortunii attribuat; utque ejus favorem magis concilient, varii generis Instrumentis Musicis canunt.* quod Vinc. Le Blanc & Fernand. Pinto in Itinerariis suis affirmant, simile quid referente O. Dapper pag. 45. Legationis secundæ Batavicæ Societatis Indiæ ad Imperatorem Sinarum, de Deo Sikjaa: *semper et Sacerdotes duo die nocteque ante altare prostrati precantur, seque continuo erigunt ac prosternunt iterum, dum alii Cymbalis, Tympanis, atque æreo tintinnabulorum genere quodam ludunt.* & post de Deo Angjaa; *Sacerdotes Domum accedentes, deponunt (statuam) et canentes ac orantes Cymbalum pulsant.*

C A-

CAPUT XXVII.

Saltatio in Gentiliū festis inter hymnos & Musica Instrumenta celebrata circa Aras vel Idolorum Statuas. Farnabius laudatus. modus Phrygius ad religionem exercitatus. in Orbem pleræque Saltationes decenti modo, ac manuum, pedum, capitisque motione. Pueri, Viri, Senes plerumque in Deorum, Virgines ac Matronæ in Deorum festis chorum agebant. interdum Puellæ Puerique simul Saltabant in cujusvis Numinis honorem. Saltatio religiosa apud Indos ac Judæos veteres observata ad Gentiles hodiernos transit.

Deinde Saltatio honori divino edebatur apud nonnullos. Arrianus libr. 4. de Expedit. Alexand. καὶ χοροὶ τοῖς θεοῖς ἵσανται, καὶ παιᾶνες ἐπὶ τοῖς θεοῖς ᾄδονται. id est, Tripudia etiam Saltationesque Diis fiunt, et Pæanes cantantur. & Seneca in Hercule furente act. 3. scen. 3. vers. 877.

Pingues cædite victimas:

Per-

*Permiffæ maribus nurus
Solemnes agitent choros.*

hinc, quia plerisque facris Saltatio, Hymniæ Tibiæ aderant, χορευὴ αἰοιδή, hymnus in Apollinem dictus apud Apollon. Rhod. lib. 11. vers. 716. & Plutarchus de Aud. Poëtis notat, θυσίας μὲν γὰρ αἱ χοροὶ καὶ ἀναύλους ἴσμεν, ἐκ ἴσμεν δὲ ἄμυθον ποίησιν. quibus vult dicere (uti lucidum Eruditorum Decus ingensque honos, Magnus Jacobus Perizonius in notis ad caput 3 libri 3 Æliani Variarum Historiarum nos docuit) Choros ac Tibias usitatissimas in Sacrificiis quidem, at non perpetuas, uti Fabulæ sunt in Poësi. quinimo tam impense Dianam Choreis delectari credebant, ut ipsa Dea Delphis χορὰς ἐξάρχουσα, *choreis præcinere*, dicatur ab Homero, vel alio potius auctore ignoto Hymni in eandem, & in Euripidis Troadibus vers. 553 mulieres loquantur: Διὸς κόρον Ἀρτεμιν, Εμελπόμαν χοροῖσι; *Jovis filiam Dianam celebrabam choreis.*

Choreæ vero illæ vel circa Aras Dei Deæ-væ, vel Simulacra ipsa Numinis, cujus erant solemnia, agi solebant. Seneca in Troad. act. 3. scen. 2. vers. 780.

*Non inter aras mobili velox pede,
Revocante flexo concitos cornu modos
Barbarica prisco templa saltatu coles.*

ad

ADORATIONIBUS. 257

ad quem locum erudite Clariss. Farnabius habet: *Choreæ in Dindymenes sacris, saltando ad Phrygium modum, qui cæteris quatuor concitior. Æolius enim simplex & animi tempestates tranquillat; Doricus honestus & gravis pudicitiae largitor; Ionius seu Iasius varius, intellectum obtusis acuit; Lydius querulus mentem curis defatigatam reparat & oblectat; Phrygius vero religiosus & ἐνθεῦ pugnæ excitat, & vaturn furores inflammat.* præcipue igitur ad Phrygium modum saltabant in festis & sacris publicis circa aram Numinumve Statuas, teste libr. 6. pag. 250 Athenæo, ubi privata memoravit, quibus Nymphæ colebantur apud Siculos, sacra, scribente: ὀρχεῖσθαι τε αἰεὶ τὰς θεάς, & saltare circa illas Deas. sive earum, de quibus ille agit, simulacra. quod Callimachus vers. 170 Hymni in Dianam affirmat cantans, Νύμφαι σε χορεύειν κυκλώσονται, *Nymphæ te in Choro circumdabunt.* quare Iphigenia à Patre iussâ prope lavacrum adstare, uti destinata victima pro universæ Græciæ salute, licet adhuc fati sui ignara, fatur apud Euripidem in Iphig. in Aul.

Στήσομεν ἅφ' ἀμφὶ ΒΑΜΟΝ, ὡ πάτερ, ΧΟΡΟΣ,
Faciemus circa Aram Choream, o Pater.

Maxime in Orbem saltabatur. Dionys. Alex. vers. 841 de Festis Bachi:

R

’Ος-

258 DEVETER: AC RECENT.

Ὁρχεῖνται θητὶν ἐλισσόμεναι περὶ κύκλον,
Saltabant mirificum se flectentes in Orbem.

neque κύκλω sive in orbem chori fiebant, nisi solito ac decenti modo ad rhytmum corporis totius, manuum scilicet pedumque, lumborum ac capitis motione. cujus ritus elegans testimonium apud Aristophanem in *Ranis* pag. 233 exstat, de Choro in Cereris Eleusiniis referens:

Χωρεῖτε νῦν ἱερὸν ἀνὰ κύκλον θεᾶς,
 ἀνθοφόρον ἀν' ἄλσος,
 παίζοντες, οἷς μετυσία
 θεοφιλεῖς ἑορτῆς,
Nunc ite in Orbem seu Chorum Sacrum
 (*Deæ,*
In florido luco
Ludentes seu Saltantes, qui participes sunt
Dilecti Deæ Festi.

Adde Comici locum in *Nub.*

Κεῖσε ποσὶν αἶγ' ἐς κύκλον,
 χερεὶ σύναπτε χεῖρε, ρυθμὸν χορείας
 ὕπαγε πάσα,
Leviter pedibus move te in Orbem,
Manui conjunge manum, rhytmum choreæ
Observa unaquæque.

Sed videamus quorum auctoritate saltationes hæ peragebantur. In Apollinis honorem Chori
 in

ADORATIONIBUS. 299

in Delum insulam mittebantur non à vicinis solum Cycladibus, ast è tribus mundi plagis, auctore Callimacho vers. 278. Hymn. in Delum,

ΑΛΛΑ΄ ΤΟΙ ΑΜΦΙΕΤΕΪΣ ΔΕΚΑΤΗΦΟΡΟΙ ΑΙΕΝ ΑΠΑΡ-
(ΧΑΙ

ΠΕΜΠΟΝΤΑΙ; ΠΑΣΑΙ ΔΕ ΧΟΡΟΥΣ ΑΝΑΓΧΑΣΙ
(ΠΟΛΗΣ

ΑΙ ΤΕ ΠΡΟΣ ΗΟΙΗΝ, ΑΙ Θ' ΕΣΠΕΡΟΝ, ΑΙ Τ'
(ΑΝΑ ΜΕΣΣΗΝ

ΚΛΗΡΟΣ ΕΣΗΣΑΝΤΟ, ΚΑΙ ΟΙ ΚΑΘΥΠΕΡΘΕ ΒΟ-
(ΡΕΙΗΣ

ΟΙΚΙΑ ΘΙΝΟΣ ΕΧΟΥΣΙ.

Verum tibi quotannis decimiferæ semper
(*Primitiæ*

Mittuntur solenniter, omnesque Choros
(*agunt Civitates;*

Quæque ad Orientem; quæque ad Hesper-
(*rum, quæque ad Meridiem*

Sedes posuerunt; Et quæ supra Boreale
Littus habent Domicilia.

Chori vero simul & Chorei, χοροὶ καὶ χο-
ρεΐαι, à pueris, viris, senibus indeorum, imo
à Virginibus ac Matronis sæpe agebantur in
Dearum Festis. Horatius noster Carm. lib. 1.
od. 21. vers. 1.

Dianam teneræ dicite Virgines:

Intonsum pueri dicite Cynthium,

R 2

Lato-

*Latonamque supremo
Dilectam penitus Jovi.*

Homerus quoque in prisco in Apollinem hymno vers. 146 canit:

Ἀλλὰ σὺ ΔΗΛΩ, Φοῖβε, μάλιστα' ἐπιτέρπειαι
(ἦτορ,
'Ενθά τοι ἑλκεχίτωνες Ἰάονες ἠγέρεθονταί,
Αὐτοῖς σὺν παῖδεσσι, καὶ αἰδοίης ἀλόχοισιν
Οἱ δέ σε πυγμαχίῃ, τε καὶ ὀρχηθμῷ, καὶ
(αἰοιδῇ
Μνησάμενοι τέρπυσιν, ὅταν σῆσονται Αἴθωνα.
Sed tu Delo, Phæbe, maxime oblectas
(*animum.*
Ubi tibi cum longis tunicis Iones congre-
(*gantur:*
Suis cum Liberis ἔ' verecundis Uxoribus.
Hi autem te Pugilum certamine ἔ' TRI-
(*PUDIO ἔ' CANTU*
Memores exhilarant, cum dixerint CER-
(*TAMEN.*

atque Δίλων erat dictus mulierum iste cœtus seu chorus Dianam colens apud Cyzicenos, uti ex Æliano Suidas in voce Δόλων tradit. quinimo ab Callimacho versu 242. Dianæ Nymphæ comites in Hymn. in Dian. dicuntur in deæ honorem κύκλῳ μνησάμεναι χορόν, in *Orbem choream agentes*. quibus addi potest Apollo-
nius lib. 1. vers. 1223. cantans:

NTM-

ADORATIONIBUS. 261

ΝΥΜΦΑΩΝ ἴσαντο ΧΟΡΟΙ. μέλε γδ σφίσι
 (πάσαις,
 "Οὔσαι κῆσ' ἱερτὸν Νύμφαι ῥέον αἰμφενέ-
 (μαντο,
 ΑΡΤΕΜΙΝ ἐκνυχίησιν αἰεὶ μέλπεσθαι αἰοί-
 (δαῖς,
Instaurabantur NYMPHARUM CHORI.
nam omnibus ipsis curæ erat
Nymphis, quæcunque amænum accolebant
 (fluentum,
 ΔΙΑΝΑΜ, *ut nocturnis cantibus assiduo*
 (celebrarent.

Ita Salii Martis Sacerdotes in ejus numinis honorem Choreas ducebant Saltabantque, unde eos Virgilius *Exsultantes* vocat, & Lucianus de Saltat. tom. 1. pag. mihi 793. refert: ἐπὶ τῷ τοῖς δίκαιον μὴ ᾗ τῷ Ῥωμαίων ὀρχήσεως ἀμνημονεῖν, ὡς οἱ δι' ἡμέρας τοὶ αὐτῶν, τῷ πολεμικωτάτῳ τῷ Θεῶν Ἀρτέμιδος, οἱ Σάλιοι καλούμενοι, ἱερῶσύνῃς ᾗ τῷτο ὄνομα, ὀρχῶνται σεμνοτάτην τε ἅμα καὶ ἱερωτάτην. id est. *Præter hæc æquum est, ut neque Romanæ Saltationis obliviscamur, quam Romanorum nobilissimi quique, Marti Deorum bellicosissimo, qui Salii vocantur, quod est Sacerdotii nomen, gravissimam & religiosissimam exercent. imo illos à Saltando dictos scribit Varro lib. 4. de L. L. quod facere in Comitio in sacreis quotanneis & solent & debent. vel, quod parum differt, à Saltu juxta Ovidium lib. 3 Fast. vers. 387.*

R 3

Jam

*Jam dederat Saliis (à Saltu nomina du-
(cunt)*

Arma.

quem vocabuli fontem ne ad minimum vocat in dubium Servius, cum ad Virgilii *Æneid.* lib. 8 vers. 663 *hic exsultantes Salios*, scribit: *Dicti Salii, ideo, quod circa aras saliant & tripudiant.* nam Dionys. Halicarn. libr. 11 teste, Πάντες οἱ Σάλιοι χορεύουσι τινὲς εἰσι καὶ ὕμνουν τῶν ἐνοπλίων θεῶν, *Omnes Salii sunt Saltatores & Laudatores Deorum, qui armorum præfides existunt.* atque juxta Veterem Commentatorem Horatii ad lib. 11. Epist. 1. vers. 85 *Salii dicebantur, quia circa aras canendo saliebant.* quod Olor Mantuanus lib. 8. *Æneid.* vers. 285 confirmat, inquit,

*Tum Salii ad cantus, incensa altaria cir-
(cum,*

Populeis adsunt evincti tempora ramis.

Ita apud Lacedæmonios Pueri tripudiantes Deorum laudes canebant juxta Max. Tyrium Serm. 36, & Plutarchum in Agefilao. qui etiam in libro de Musica inquit; *Gymnopodia Chori erant Spartaë Puerorum, qui nudis pedibus cum tripudio laudes Deorum canebant in honorem Spartanorum, qui pro patria in The-ræeis occubuerant.* de Saliis eorumque Mansionibus multa referunt inscriptiones veteres. apud Gruterum pag. 318. num. 1. edit. Commel.

L. AN-

ADORATIONIBUS 263

L. ANTESTIUS. CN. F. HOR.
SARCULO. SALIUS. ALBANUS.
ANTESTIA. L. L. PLUTIA.
RUFIA. P. F. TERTIA. SOROR.
L. ANTESTIUS. L. L. QUINCTIO.
L. ANTESTIUS. L. L. RUFUS. L.
ANTISTIUS.
L. O L. THAMYRUS.
L. ANTISTIUS L. O. L. ANTHUS. L.
ANTISTIUS.
L. L. EROS. CAPPADOXS.

atque pag. 173. num. 5.

MANSIONES. SALIORUM.
PALATINORUM. A. VETERIBUS.
OB. ARMORUM. ANNALIUM.
CUSTODIAM. CONSTITUTAS.
LONGA. ÆTATE. NEGLECTAS.
PECUN. SUA. REPARAVERUNT.
PONTIFICES. VESTÆ. V. V. C. C.
PRO. MAGISTERIO.
PORTII. ACILII. LUCILLI. VITRASII.
PRÆTESTATI.
V. V. C. C.
R 4 Non

264 DE VETER: AC RECENT.

Non raro tamen Pueri ac Puellæ simul Deum
Deamve cantabant, chorumque celebrabant.
Horat. in Carmine Sæculari vers. 31.

VIRGINUM PRIMÆ PVERIQUE
(Clariss)

*Patribus orti,
Deliaæ tutela Dea, fugaces
Lyncas & cervos cohibentis arcu
Lesbium servate pedem, meique
Pollicis ictum,
Rite Latonæ puerum canentes,
Rite crescentem face noctilucam,
Prosperam frugum, celeremque pronos
Volvere menseis.*

atque iterum lib. 4. Carm. od. 1. vers. 25. ad
Venerem :

*Illic bis PVERI die
Numen cum teneris VIRGINIBUS
(tuum
Laudantes, pede candido
In morem Salium, ter quatient bu-
(mum.*

quod confirmat lepidissimus Catullus in Car-
mine sæculari :

*Dianæ sumus in fide
Puellæ & Pueri integri.
Dianam Pueri integri,
Puellæque canamus,*

Atque

ADORATIONIBUS. 265

Atque ita Cererem ipsa à cuncta Pube, ineunte Vere, adorandam saltationibus & Choris mandat Virgilius Georg. libr. 1. vers. 339.

Sacra refer Cereri, latis operatus in her-

(bis

Extremæ sub casum hyemis, tam vere

(sereno.

Tunc agni pingues, & tunc mollissima vina:

Tunc somni dulces, densæque in montibus

(umbræ.

CUNCTA tibi CEREREM PUBES

(agrestis ADORET:

Cui tu lacte favos, & miti dilue Bacho.

Terque novas CIRÇUM felix EAT HOS-

(TIA fruges:

Omnis quam CHORUS & SOCII CO-

(MITENTUR OVANTES:

Et Cererem Clamore vocent in teſta: ne-

(que ante

Falcem maturis quisquam supponat aristis.

Quam Cereri torta redimitus tempora

(quercu.

DET MOTUS INCOMPOSITOS, &

(Carmina dicat.

Tanti momenti & Saltatio hæc habita est, ut sapientiores ipsi Gentiles non veriti sint Deos ipsos saltatores facere. Hesiodus *Θεογ.* vers. 3. de Musis,

R 5

Kai

Καὶ τε ὦ ἐὶ κρήνῳ ἰοειδέα πρὸς' ἀπαλοῖσιν
 ὄρχονται, καὶ βωμὸν ἐλθενέῃ Κρονίων.
Et circa fontem cæruleum pedibus teneris
Saltant, aramque præpotentis Saturnii.

Anacreon od. 5. de Rosâ verf. 9.

Ρόδα, παῖς ὁ τῆς Κυθήρης
 Στέφεται καλοῖ, ἰούλοις,
 Χαρίτεσι συσχορδαίων.
Roseis puer Cytheres
Caput implicat corollis,
Charitum choros frequentans.

ita & Carm. libr. 1. od. 4. verf. 5. Horatius,

Jam Cytherea choros ducit Venus immi-
(nente Luna:
Junctæque Nymphis Gratiæ decentes
Alternò terram quatunt pede, dum gra-
(væis Cyclopum
Vulcanus ardens urit officinas.

& ejusmodi motus incompòſitos falſe perſtrin-
 gens Arnobius libr. 7. inquit pag. 239. *Jam*
vero ſi viderint in fæmineas mollitudines, ener-
vantes ſe viros, vociferari hos fruſtra, ſine cau-
ſa alios curſitare, amicitiarum fide ſalva con-
tundere ſe alios, et crudis mutilare ſe cæſtibus,
certare hos ſpiritu, buccas vento diſtendere, vo-
tiſque inanibus concrepare, manus ad cælum
tollunt,

tollunt, rebus admirabilibus moti profiliunt, exclamant, in gratiam cum hominibus redeunt. hæc si Diis immortalibus oblivionem afferunt simultatum, si ex comediis, attellanis, mimis ducunt lætissimas voluptates, quid moramini, quin et ipsos dicatis Deos ludere, lascivire, saltare, obscenas compingere cantiones, et clunibus fluctuare crispatis?

Hinc piorum statum apud Inferos in campis Elysiis describens Tibullus libr. 1. Eleg. 3. vers. 57. canit,

Sed me, quod facilis tenero sum semper
(amori,

Ipsa Venus campos ducet in Elysios.

Hic choreæ, cantusque vigent, passimque
(vagantes

Dulce sonant tenui gutture carmen aves.

Confer hæc cum fortunatis nemoribus sedium beatarum apud Virgilium lib. 5. Æneid. vers. 638.

Devenere locos lætos et amæna virenta

Fortunatorum nemorum sedesque beatas.

Largior hæc campos æther, et lumine
(vestit

Purpureo, Solemque suum, sua sidera no-
(runt,

Pars in gramineis exercent membra pa-
(læstris:

Con-

Contendunt ludo, et fulva luctantur arena;

Pars pedibus plaudunt choreas, et carmina dicunt.

Neque Saltationes religiosæ inter Græcos Romanosve latuerunt, sed ipsos ad Indos peragrarunt, uti aperte Lucianus Tom. I. de Saltatione pag. 792. testatur. καὶ τί σοι τὰς Ἑλλήνας λέγω, ὅπερ καὶ Ἰνδοί, ἐπειδὴν ἴωθεν ἀναστάντες, πρὸς αὐτῶν τὸ ἥλιον, ὥσπερ ἡμεῖς τὴν χεῖρα κύσαντες, ἡγούμεθα ὡς τελεῖν ἡμῶν εἶναι τὴν δέχνην, ἀλλ' ἐκείνοι πρὸς τὴν ἀνατολὴν σάντες, ὀρχησάμενοι τὸ ἥλιον ἀσπάζονται, χηματίζοντες ἑαυτοὺς σιωπῇ, καὶ μιμνῆσθαι τὴν χορείαν τῶν Θεῶν. hoc est, quid vero Græcos tibi commemorem, cum Indi quoque posteaquam mane surrexerunt, Solem precentur, non quemadmodum nos manum deosculati, perfectam precationem esse putamus. sed illi ad ortum excitati, Saltatione Solem salutant, silentio semet ipsos componentes, Deique Choream imitantes. quam ad rem facere puto verba Arriani lib. 6. de Expedit. Alexandri, Φυλάδοι γὰρ εἰπὲρ τινες ἄλλοι, Ἰνδοί, καὶ φιλορχήμονες ἄπο Διονύσου ἔτι, καὶ τὸ ἅμα Διονύσω βακχεύσαντων μᾶλλον τὴν Ἰνδῶν γλῶσσαν. Studiosi enim musices, si qui alii, sunt Indi, Saltationibus quoque addicti jam inde à Dionysō, eorumque qui in India Bachati sunt, tempore. Ipsos etiam Hebræos in Deserto, revertentes ad Idololatriam Ægyptiorum, & desperantes de reditu Mosches, divinam Legem ab ipso Legislatore Deo accepturi in Monte Sinai, circa erectum Vituli simulacrum choros

choros agitasse honoris ergo, atque saltasse videmus Exod. 32. comm. 1. 2. 3. 4. 5. 6. *quum autem videret Populus admodum Moschen descendere ex ipso monte, congregatus populus ad Abaronem, dixerunt ei, surge, fac nobis Deos, qui anteant nobis, jam enim Moschi viro illo, qui eduxit nos è terra Ægypti, quid factum sit Ignoramus: Et dixit eis Abaron, rumpentes detrahite inaureis aureas, quæ sunt in auribus uxorum vestrarum, filiorum vestrorum, filiarumque vestrarum, et afferte ad me. Rumpentes ergo detraxerunt sibi totus ille populus inaureis aureas, quæ erant in auribus suis, et attulerunt ad Abaronem, qui acceptum è manu eorum formavit illud cælo, quum fecisset ex eo vitulum fusilem: tum dixerunt, hi sunt Dii tui Jisraël, qui eduxerunt te è terra Ægypti. quod videns Abaron, extruxit altare corameo, proclamavitque Abaron, dicendo, festum Jeshovæ cras esto. Surgentes itaque postridie mane, obtulerunt holocausta, et applicarunt eucharistia: seditque populus ad edendum et bibendum, deinde surrexerunt ad ludendum. hoc est, saltationes & choros agitando coram vitulo cum cantu, uti comm. 18 & 19. habetur. qui dixit non est sonus, quo strenui clamant, neque est sonus, quo debiles clamant: sonum cantantium ego audio (post crapulam scilicet coram vitulo ludentium uti supra comm. 6. habetur) fuitque quum appropinquans ad castra
videret*

videret vitulum illum & Choros, ut accenderetur ira Moschis, et abjiciens è manibus suis tabulas, (zelo sanctissimo, & duce Dei Spiritu, ipso Mosche teste Deutern. 9. comm. 17.) frangeret eas sub ipso monte. nullum vero vestigium apud Judæos reperio in sacris Litteris Saltationis religiosæ in veri Dei honorem, ast quidem in signum maximæ lætitiæ; cujus exemplum exstat cap. 21. Judicum comm. 19. de puellis à Benjaminitis raptis; tandem dixerunt ibi habetur, ecce festum Jehovæ Schilunte, de anno in annum; quod celebratur ab Aquilone domus Dei fortis, versus ortum Solis, ad triam viam, quæ ascendit à domo Dei fortis Schechemum; & à meridie Lebonæ. et præceperunt Benjaminitis, dicendo, ite, ut insidiamini in vineis: et animadvertetis, ut ecce, quum exhibunt puellæ Schiluntinæ ad saltandum Choreis; prodeuntes è vineis illis rapiatis statim vobis quisque uxorem suam è puellis Schiluntinis: quod Jephtæ filia probat cap. 11. meliori jure, præ sacra scilicet lætitia, quâ Spiritus Sanctus animam ejus accendebat propter constitutionem purissimæ religionis & typos ac signa salutiferæ gratiæ Domini nostri Jesu Christi, qui ex semine ejus oriundus erat, David Rex, adducens arcam è domo Hobed Edomi Gitthæi in civitatem, saltavit omnibus viribus coram Jehovah cum clangore & sono tubæ, quemadmodum legere possumus 2. Sam. cap. 6.

cap. 6. comm. 14. & 15. de Ægyptiis idem testatur Apulejus Met. lib. 4. *jamque per plateas commeantem populi frequenter floribus fertis et solutis adprecantur.* & rursus lib. 10. *hinc gratiæ gratissimæ, inde horæ pulcherrimæ, quæ jaculis floris ferti et soluti, deam suam propitiantes scite scitissimum construxerunt chorum.* quam in rem Philostratus in vita Apollonii: *Post hæc in aquam sese projicientes lavère, lotique ad templum accesserunt coronati, et hymnum cantantes instar choreæ in Gyrum compositi.* atque ideo in religionibus inquit Servius in Eclog. 5. Virgilii, quæ Daphnis dicitur, *saltabant majores: quia nullam corporis partem esse voluerunt, quæ non sentiret religionem. nam cantus ad animum, saltus ad mobilitatem pertinet corporis.*

Vestigia hujus ritus in hunc diem reperiri apud Indos tam Orientales, quam Occidentales sive Americanos V. Le Blanc cap. 7 Itinerarii sui Peguani & Martabani de annuis illorum festis agens scribit, *ita illi (Sacerdotes nempe) theatra conscendunt atque sonantibus instrumentis musicis saltant, parvo sonitu incipiunt, moxque pergunt canere, precari, seseque execrari, usque eo quidem, ut perpetua saltatione furentur, unde nonnulli procidunt in terram, quo tempore alii mutant sonum, et majori furore saltationibus insistant.* quod F. Mendez Pinto affirmat in itineralio suo; & de incolis regni

272 DE VETER: AC RECENT.

regni Mongibur in Æthiopia dictus V. Le Blanc refert: *nulla simulacra in templis inveniuntur, verum in festis suis ibi congregantur, et in orbem choros agitant, hymnosque canunt in Solis honorem.* simile quid de Mexicanis in America Jozeph de Acoſta Hiſtor. Natural. & Moral. Americæ lib. 5. cap. 9. & 25 refert. *sacriſiciis peractis, Juvenes Puellæque ordine è templo procedunt, cantantes et tripudiantes ad clangorem Tympani, quibus Viri principes, Parentesque respondent circumſaltantes prædictum Chorum, qui ſemper medium obtinet.*

C A

CAPUT XXVIII.

Coronæ in Deorum honorem *inventæ*. *variis casibus Diis offerebantur. Laribus donaticæ coronæ imponebantur singularis magnitudinis. idem mos a Græcis uti Latinis observatus. simulacra Deorum privata & publica privatus quisque ac publicus coronabat. Coronæ Sacræ quæ? Res divina in solis coronis quandoque constabat, & illis peracta est. nullum fere Sacrum sine his peractum. coronantes numina & ipsi coronati erant privati homines & Sacerdotes. qui mos etiam in Syria obtinuit. asylum in coronis positum. earum forma circularis habebatur perfectissima ac perpetua.*

Et hisce ritibus præmissis, ad Coronarum usum in cultu divino transgredimur, cum passiva observatio sit, Deos coronis, fertis, & floribus ornatos fuisse. sic Arnobius scribit lib. 7. pag. 237. *etiam Dii fertis, coronis afficiuntur; & floribus.* & Minucius Felix in Octav. pag. 2. *ut tam luculento die in lapides eum patiaris impingere, effigiatos sane, & unctos, & corona-*

274 DE VETER: AC RECENT.

tos. hæc Christiani Scriptores. inter Gentiles scribit lib. 21. cap. 3. Plinius: Coronæ Deorum bonos erant, & Larium publicorum, privatorumque, ac sepulchrorum & manium. Apulejus libr. 4. Miles. de Psyche divino honore cultâ: Jamque per plateas commeantem populi frequenter floribus fertis, & solutis adprecantur. canit Juvenalis Satyr. 9. vers. 137.

*O parvi, nostrique Lares, quos thure mi-
(nuto,
Aut farre, & tenui soleo exorare corona.*

Fiebat id multis occasionibus. cum prospere aliquid acciderat, aut malum aliquod depulsum fuerat, aut in magnis, ac festivis solemnitatibus. Tertullianus de coron. milit. cap. 7. Saturnum, scribit, *Pherocydem ante omnes refert coronatum, Jovem Diodorus post devictos Titanas, dat & Priapo tæbias idem, & Ariadnæ sertum.* ac paulo post: *plura quærentibus, omnia exhibebit præstantissimus in hac quoque materia commentator Claudius Saturnius. nam est illius de Coronis liber, & origines, & causas, & species, & solennitates earum ita differens, ut nullam gratiam floris, nullam lætitiâ frondis, nullum cespitem, aut palmitem, non alicujus capiti invenias consecratum.* sic puellæ, Veneri militantes, languidas Corollas, capiti suo demtas, Deo cuiquam in munus dabant. Plautus in *Afinar. act. 4. scen. 1.*

Tum

ADORATIONIBUS. 275

*Tum si coronas,serta, unguenta jusserit
Ancillam ferre suam Veneri, aut Cupi-
(dini,
Tuus servus servet, Venerine eas det, an
(Viro.*

& meretrices observasse docet Propertius, ut quot Itinera nocte unâ confecissent, tot corollas ludicro cuinam, & Minorum gentium Deo donarent, puta Trephallo, Marfyæ, Hermæ, & talibus. ita votum est in carmine Libero.

*Quæ si contigerit fruenda nobis,
Totam comparibus Priapè nostris,
Cingemus tibi mentulam coronis.*

& infra:

*Quæ quot nocte viros peregit una,
Tot verpas tibi dedicat salignas.*

hoc, quando quid prospere succederat, hoc fiebat, cum malum abiisset. sic Lactantius divinar. Instit. lib. 2. cap. 1. *postquam metus deseruit, & pericula recesserunt: tum vero alacres ad Deorum templa concurrunt: his libant, his sacrificant, hos coronant.* idem etiam diebus festis observabatur. Cato de Re Rustica cap. 143. *kalendis, inquit, Idibus, Nonis festus dies cum erit, Coronam in focum indat.* in honorem scilicet Laris familiaris; quæ coronæ inusitatæ

S 2

magni.

276 DE VETER: AC RECENT.

magnitudinis erant , ut Meursius optime ad hunc Catonis locum observat , quales etiam postea *Donaticæ* fieri ceperunt. Festus habet : *donaticæ coronæ dictæ , quod his victores in ludis donabantur , quæ postea magnificentiæ causa institutæ sunt , super morem aptarum capitibus , quali amplitudine fiunt , cum Lares coronantur.* quem morem jam absoletum , restaurasse Augustum , in ejus vitâ his notat Suetonius : *Compitalitiis Lares ornari bis in anno instituit , vernis floribus , et æstivis.* Plautus in Trinum. act. 1. scen. 2.

*Larem corona nostrum decorari volo.
Uxor venerare.*

& natalitio die mares Genio , feminae Junoni corollas dedicabant , & dei collo imponebant. ut Tibullus indicat lib. 1. eleg. 7.

*Illius è nitido stillent unguenta capillo.
Et capite , et collo mollia ferta gerat.*

usitatus tamen capiti : cujus fidissimam testem dabit exhibitum marmor è S. Petr. Bartoli libro de Admirandis Romanis , referens sacrificium & coronationem Herculis. & idem libr. 2. eleg. 2. canit :

*Ipse suos Genius adsit visurus honores ,
Cui decorent sanctas florea ferta comas.*

quando-



quandoque ante templi fores, eodem teste
lib. i. eleg. i.

Flava Cercs, tibi sit nostro de rure co-
(rona
Spicea, quæ templi pendeat ante fores.

Uti hoc Latinis, ita & Græcis aliisque Gen-
tilibus olim in usu fuisse probabo. Plato Πολιτ.
pag. 360. ὥσπερ καὶ ἐκεῖνα (ἀγάλματα) σέφειν
ἦν νόμος, *sicut etiam et simulacra coronare mos*
erat. privata equidem ac publica. ita anxia de
Oedipi perturbatione ob Laii cædem Jocasta
decretum sibi ait apud Sophoclem Oed. Tyr.
vers. 932.

Ναὸς ἱκεδὺς δαιμόνων, τὰ δ' ἐν χερσὶν
ΣΤΕΦΗ λαβέσση καὶ πιθυμιάματα,
Templa adire Deorum, his manibus
Coronas accipiens et suffitus.

& in edito per illustrissimum Ezech. Spanhe-
mium Stratonis Epigrammate,

καὶ οἶκαδ' ἀπελθὼν,
Ἐσεφάνωσα Θεός, κείνον ἐπευξάμενος.
et domum abiens,
Coronavi deos, illum invocans.

Hæc proinde coronas vel quisque privatim ad-
hibebat, vel in publicis ritibus sacrorumque
solenniis gestatas probare conabor. de primo

278 DE VETER: AC RECENT.

casu præter allata loco testis erit Euclio apud Plautum in Aulul. inquires act. 2. scen. 8.

Nunc tustulum emi, et hæsc coronas flo-
(*reas.*)

Hæc imponentur in foco nostro Lari,
Ut fortunatas faciat natæ nuptias.

nec vulgatus fere quicquam invenitur, quam ut quisque, cui se numini commendaret, ejus statuas, qua fronde floribusve poterat, coronaret impetrandi illius opi. de publica coronatione optimus locus exstat apud Augustinum de Civit. Dei libr. 7. cap. 21. *in oppido Lavinio unus Libero totus mensis tribuebatur, cujus diebus omnes verbis flagitiosissimis utebantur, donec unum illud membrum per forum transvectum esset, atque in loco suo quiesceret. cui membro inhonesto matrem-familias honestissimam palam coronam necesse erat imponere. & paulo post, jam quod in Liberi sacris honesta matrona pudenda virilia coronabat spectante multitudinem.* adde Plinium libr. 12. cap. 19. *coronas ex Cinnamo, interrasili auro inclusas primus omnium in templis Capitolii atque Pacis dicavit Imperator Vespasianus Augustus.*

Cum vero inter preces plerasque, quæ Diis offerebantur inter victimarum oblationes, inter incensa & suffitiones, decimas, taliaque numerantur *σεφαιῶν*, sacras coronas vocitarunt. Suetonius in Nerone cap. 25. *sacras coronas in cubi-*

cubiculis circum lectos posuit. & Plautus Menæch.
act. 5. scen. 5.

At ego te sacram coronam surripuisse fo-
(vi scio;
Et ob eam rem te in carcerem esse com-
(pactum scio.

vix ac ne vix enim ullum numinis simulacrum
incoronatum, neque ullum divinum cultum,
sive is publicus, sive privatus fuit, invenies
absque coronæ mentione. *antiquitus quidem,*
inquit Plinius libr. 15. *nulla corona nisi Deo*
dabatur. ob id Homerus cælo tantum eas &
prælio universo tribuit. viritim vero ne certa-
minibus quidem ulli. quod vituperandum Mar-
celli factum apud Valer. Max. lib. 9. cap. 8.
& Macrobius Saturn. libr. 3. cap. 13. con-
testatur, ille enim se in Hispania Deum fa-
ciebat, cum patiebatur sibi in transitum se-
ienti à demisso victoriæ simulacro cum toni-
truum machinato strepitu, sicuti capiti cæ-
lesti coronas imponi; sibi que adeo supplicari.
proinde Euripides Herac. act. 1. rogat, ποῦ
τρέψομεθα; τίς γάρ ἄσπετος θεῶν, quo verta-
mur? quis enim incoronatus Deus? hoc est,
eccui Deo nondum supplicavimus. quippe E-
phesi σεφάνοις Ἀγ' ὁ θαλλῶν τὰς ἱκεσίας ποιεῖσιν,
coronis per oleæ ramos supplicationes faciunt,
Dianæ scilicet, & multa ait Lucianus de sa-
crific.

286 DE VETER: AC RECENT.

crific. ab Diis redimi vel gallo, vel corona, vel solo thure.

Coronantes autem Numina & ipsi coronati sæpius fuisse videntur, id est quasi velati. Livius libr. 30 de Romanis suis; *Majores, ait, duodecim annis omnes coronati, & lauream in manu tenentes supplicaverunt.* & libr. 33. *Cunctique Magistratus circa omnia pulvinaria victimis majoribus sacrificarent, populusque coronatus esset.* hoc exemplo Æneas apud Virgilium libr. 7. Æneid. coronatus Italiæ numina adoravit.

Sic deinde effatus frondenti tempora ra-
(mo
Implicat; & Geniumque loci, primamque
(Deorum
Tellurem, Nymphasque, & adhuc ignota
(precatur
Numina.

qui mos in Græcia quoque viguit, uti præter Sophoclem in Oedip. Tyr. variis locis, & Euripidem in Jov. act. 1. Æschylus in iet. testatur,

ἀλλ' ὡς τάχιστα βᾶτε, καὶ Λαοκοφεῖς
ἰκτερίας αἰγάλας αἰδοίε Διὸς.
σεμνῶς ἔχουσαι Διὸς χερῶν συνωνύμων.

sed quam citissime ite, et alba lana coronatos
ramos supplices, statuas venerandi Jovis reve-
renter

renter in manibus consentientibus habentes. adde
Aristophanem σφῆκ.

Ἄλλ' ὡς τάχιστα πῦρ τις ἐξευγκάτω,
καὶ μυρρίνας, καὶ τὸ λιβανωτὸν ἔνδοθεν,
Ὅπως ἂν δῖξώμεθα πρῶτα τοῖς θεοῖς.

Sed quam celerrime ignem aliquis efferat, et
myrtos, et thus intus, ut supplicemus primum
diis.

Neque quoslibet tantum sacrificantes, sed
Sacerdotes quoque constat fuisse coronatos ἐ
Statio lib. 3. Theb.

Huc gemini vates sanctam canentis olive
Fronde comam, et niveis ornati tempora
(vittis
Evadunt pariter.

adde Tertullianum de Coron. Milit. cap. 10.
Ipsæ denique fores, ipsæ hostiæ, et aræ, et ipsi
Ministri et Sacerdotes eorum coronantur. habes
omnium collegiorum Sacerdotalium coronas apud
Claudium. ita apud Græcos σεφρηφόροι, qui
peculiari Sacerdotio fungebantur, seu Coro-
nigeri Sacerdotes inveniuntur in veteri inscrip-
tione apud Reinesium Class. 1. inscript. 41.

ΕΚ ΔΕΚΑ ΠΕΝΤ' ΑΝΔΡΩΝ, ΦΟΙΒΟΥ
ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ ΙΡΕΥΣ
ΚΡΗΣΚΗΝΣ, ΗΓΑΘΕΟΣ ΤΕ ΛΕΟΝΤΙΟΣ,
ΕΝΣΟΦΟΙ ΑΝΔΡΕΣ

Σ Ϛ

ΟΣ

ΟΣ ΜΕΝ ΑΠ' ΑΝΤΟΛΙΗΣ, ΟΣΔ' ΑΡ' ΑΦ'
 ΕΣΠΕΡΙΗΣ,
 ΟΡΓΙΑ ΣΥΝΡΕΧΑΝΤΕ ΘΕΑΙ ΠΑΜΜΗΤΟΡΙ
 ΡΕΙΗΙ
 ΧΡΙΟΒΟΛΟΥ ΤΕΛΕΤΗΣ ΚΑΙ ΤΑ ΤΡΟΠΟΛΟΙΟ
 ΦΕΡΙΣΤΥΣ
 ΗΜΑΣΙ ΜΥΣΤΙΠΟΛΟΙΣ ΒΩΜΟΝ
 ΤΠΕΡΤΙΘΕΣΑΝ.

& rursus apud Sponium part. 1. pag. 416.

ΜΝΗΜΑ ΜΟΝΟΜΑΧΙΔΩΝ
 ΔΟΘΕΝΤΩΝ ΤΠ. ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ
 ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ ΔΙΟΚΛΕΟΥΣ
 ΤΟΥ ΔΙΟΚΛΕΟΥΣ ΤΟΥ
 ΜΗΤΡΟΦΙΛΟΥ.

hinc sacerdotalem vocat hanc coronam Am-
 mianus Marcellinus lib. 29. *biduoque post Ico-
 sum oppidum militaria signa et Coronam Sacer-
 dotalem cum cæteris, quæ interceperat, nihil
 cunctatus restituit.* & Flamines Laurigeros
 Prudentius in Apoth.

*Laurigerosque Deum templis adflare mi-
 (nistros.*

& hunc coronandi Sacerdotes morem in Syria
 quoque

quoque vigiſſe Hieronymus in vita D. Hilarionis hiſce probat; *non prius abiri paſſi ſunt, quam futurae Eccleſiae lineam mitteret, et Sacerdos eorum, ut erat coronatus, Chriſti ſigno denotaretur.* quem ſaſe irridens Clemens Alexandrinus Exhort. ad Græc. 4. ſcribit: *Si Deum vere videre deſideras, participa piaculis non ramorum lauri, non quarundam tæniarum lana et purpura diſtinctarum. Juſtitia vero redimitus id age, ut ſis acceptus Chriſto.* neque Gentilibus tantum, ſed & Judaicis Sacerdotibus Inſigne proprium Corona erat juxta præceptum Dei Exod. 28. *facies et LAMINAM de auro puriſſimo, in qua ſculpes opere cælatoris Sanctum Domino, ligabiſque eam vitta hyacinthina, et erit ſuper tiaram imminens fronti Pontificis.* quod factum narratur Levitic. 8. *Moyſes veſtivit Aharon Subucula linea, accingens eum Baltheo, et induens Tunica hyacinthina, et deſuper humerale impoſuit, quod aſtringens cingulo aptavit rationali, in quo erat Doctrina et Veritas. Cidari quoque textit Caput, et ſuper eam contra frontem poſuit LAMINAM AUREAM conſecratam in ſanctificatione, ſicut præceperat ei Dominus.* quæ Lamina duos digitos lata, frontemque cingens uſque ad aures, Exod. 39. comm. 30 dicitur **הַקֶּרֶשׁ נֹזֵר**, *corona ſancta.* qualis vero fuerit hæc Lamina clarius ex Joſepho nobis tradidit Hieronymus in Epist. 128. ſcribens,

Oſtava

284 DE VETER: AC RECENT.

Octava est Lamina aurea, in qua est scriptum nomen Dei hebraicis literis, quod apud illos ineffabile nuncupatur. hic super pileolum lineum, & commune omnium Sacerdotum, in Pontifice (maximo scil.) plus additur, ut in fronte vitta hyacinthina constringatur, totamque Pontificis pulchritudinem Dei vocabulum coronet et protegat. debebat & hanc Pontifex semper gestare secundum Exod. 28. erit autem, ibi legimus, Lamina semper in fronte ejus, ut placatus sit ei dominus. atque omnes apud Hebræos Corona ni aurea, tamen lanea coronabantur Sacerdotes, uti Exod. 29. comm. 26 comprobatur. Filios quoque Aharonis applicabis, et indues tunicis lineis, cingesque balthæo, et impones eis Mitras. & clarius Exod. 39. comm. 25. ubi, facies et tunicas byssinas opere textili filiis ejus, et mitras cum coronulis suis ex Byssō.

Atque ita adornatus Sacerdos ab injuria tutus habebatur, sicuti minister dei, asylum enim quoddam in coronis ponebatur. Euripides Heracl. act. 2.

καὶ κ' αἰχyunῶμαι δῆτ', εἰάν δ' ἅ τις λέγῃ,
τί δεδρ' ἀφίκεθ' ἱκεσίῳσι σὺν κλάδοις.

non me pudebit, si quis dixerit, quid huc adventis ramis cum supplicibus. atque usque adeo quidem, ut quibus caput corona redimitum erat, inviolabiles crederent, teste Eodem Heracl. act. 1.

ἰκέται

ADORATIONIBUS. 285

— ἰκέται δ' ὄντες αἰγοράϊς Διὸς.

Βιαζόμεθα, καὶ σέφη μαινέται.

Supplices enim forensis Jovis vim patimur,sertaque profanantur. quare Servus Cario apud Aristophanem in Pluto concomitans Dominum coronatus ad Oracula, ait, ἐν γὰρ μὲ τυπτήσεις, σέφανον ἔχοντα γὰρ. *non enim verberabis me: quum coronam geram.* quando etiam rei divinæ intentus erat quispiam, judices capitalium causarum cognitione & judicio abstinuisse Achilles Tattus lib. 7. testatur: quin imo coronarum forma omnium perfectissima credebatur, & capacissima, omni ex parte in sese vergens, & nusquam incipiens, nusquam desinens, cum referat motum circularem, qui solus est perpetuus. hinc Manilius lib. 1. cecinit,

*Hæc æterna manet, divisque simillima forma,
Cui neque principium est usquam, nec finis in
(ipsa.*

Quoniam vero aliæ arbores aliis Diis fuerunt consecratae, idcirco Dei publice adoraturi variis coronis ornabantur, & numina ornabant. quam ad rem cecinit Phædrus lib. 3.

*Olim quas vellent esse in tutela sua
Divi legerunt arbores: QUERCUS Jovi,
Et MYRTUS Veneri placuit, Phæbo
(LAUREA,
PINUS Cybelæ, POPULUS celsa Her-
culi.
Minerva*

286 DE VETER: AC RECENT.

*Minerva admirans, quare steriles sumerent,
Interrogavit. causam dixit Juppiter:
Honore fructum ne videamur vendere,
At mehercule narrabit, quod quis voluerit,
OLIVA nobis propter fructus est gratior.*

ita de Cerealibus sacris libr. 1. Georg. Virgilius,

————— neque ante
*Falcem maturis quisquam supponat aristis,
Quam Cereri, torta redimitus tempora
QUERCU,
Det motus incompósitos.*

& de Apollinis, ut de aliis taceam, quæ passim apud Poëtas occurrunt, canit Apollonius Rhodius lib. 2. Argonaut. vers. 159.

Ξανθὰ δ' ἐρεψάμενοι δάφνη καὶ ὕπερθε μέ-
(τυπα.

*Flavaque sunt viridi redimiti tempora
(LAURO.*

de ipsis Deorum coronis pauca accipite. Tibullus ita præter Nummos, qui apud F. Ursinum in familia Cassia reperiuntur & alibi, Cereri spiceas coronas tribuit.

*Flava Ceres tibi sit nostro de rure Corona
SPICEA, quæ templi pendeat ante fores.*

& Ovid. in libr. Amor.

Flava

ADORATIONIBUS. 287

*Flava Ceres tenues SPICIS redimita ca-
(pillis.*

*Fluminibus corona nectebatur ex arundine. Vir-
gil. lib. 10. Æneid.*

*Quos parte Benaco volatus ARUNDINE glauca
Mincius infesta ducebat in æquora pinu.*

Autumno ex pomis. Horat. Epod. od. 2.

*Vel cum decorum mitibus POMIS caput
Autumnus arvis extulit.*

*Herculi ex Populo arbore; nam et Salios, scri-
bit Macrobius, Herculi dedit (Virgilius) quos
tantum Marti dicavit antiquitas; et populeas
coronas nominat. & Tertullianus de Coron. Mi-
lit. dicit. Herculem capite præferre nunc Popu-
lum, nunc Oleastrum, nunc Apium. ita & Pan-
cum Ebulo, Satyricum Scypho, Vertumnus cum
fæno coronati inveniuntur apud Virgilium
Eclog. 10.*

*Pandeus Arcadiæ venit; quem vidimus ipsi
Sanguineis EBULIBACCIS, minioque ru-
(bentem.*

*apud Plinium lib. 35. cap. 10. Aristippus cu-
jus est Satyrus cum SCYPHO coronatus; nec
non apud Ovidium libr. 14. Metam.*

*Tempora sæpe gerens FOENO religata recenti
Defectum poterant gramen versare videri.*

Postre-

postremo nullum numen, quin propriam suam coronam habebat, qua de re multa & erudita vulgarunt Carolus Paschalius in eleganti suo libro de Coronis, & Reverendus Philologus sacer ac Theologus Jacobus Lydius in auro præferendis Libellis de Agonistica Sacra & Florum Sparsione ad Passionem Jesu Christi.

Atque hisce coronidem huic syntagmati imponens, & corruptibiles hujus mundi coronas missas faciens, à Deo æternis floribus vividam coronam in cælo exspectabo, cujus gaudia animo præcipio, gratias Deo maximas agens, quod dilecti filii sui pretiosissimo sanguine nos redemit, dum tot tantisque Gentibus in hunc diem non exoritur sol Justitiæ, quare numen precari nostrum est, ut cæcos istos idololatrias misericors ac benignus congregare velit ad Ecclesiam suam, ut simul cum dilectis suis per sæcula sæculorum ipsi tribuant honorem atque gloriam.

F I N I S.

SUM-

S U M M A R I A

C A P I T U M.

C A P U T I.

Verbi adorare etymologia ex verbo orare & præpositione ad. multis verbis adorare exprimitur. orare, obsecrare, rogare, obtestari, supplicare, vocare, precari, venerari, implorare. Verbi adorare variæ significationes notantur. Hebraica & Græca vocabula notissima, eundem actum denotantia recensentur. Adoratio antiquissima, & ab Adamo ipso exercitata.

Pag. i.

C A P U T II.

Adoratoriæ Formulæ, à Brissonio omiſſæ, illustrantur ex Romanis ſcriptoribus. Petitoriæ proponuntur & explicantur. Solenniores apud Græcos quæ? Χαῖρε in principio precum ac fine obſervata. Ζεῦ πάτερ, antiquiſſima formula, ſternutantibus acclamata probatur. Sigonii error notatus. Ἐλεῖς, miſerere, ex Græcorum conſuetudine fluxiſſe videtur, per Chriſtianam Eccleſiam

T

ſiam

siam recepta. Elegantissimæ Hebræorum formulæ recensentur.

Pag. 11.

C A P U T III.

Diis Varia Cognomina data. μακρες Beati omnes. αἱ γὰρ & ἐπὶ τῶν θεῶν Deæ vocatæ Græcis, ut Latinis Almæ. Dii ac Deæ Magni et Magnæ. solus Jupiter Optimus Maximus. alii et Dii Maximi. Dii Reges et Domini, Deæ Reginæ ac Dominæ. quo titulo et verum Deum Hebræi adorarunt, frequenter numina Patres Matresque dicebantur. à Christianis et Judæis Deus Pater vocitatus, ut et Conservator sive Salvator, æque ac Gentilibus. ab his Dii blandis verbis Boni, Amici, Propitii, Pulchri appellantur, ab Israëlites Deus Magnus, Bonus, Justus, Misericors et Sanctus. quod nomen Gentilibus familiare.

Pag. 37.

C A P U T IV.

Ad ipsam Adorationem proceditur. Adorationis varii ordines. antiquissima est, quæ sub Jove fiebat à personis privatis, vel publicis apud Romanos et Græcos, quæ ab Hebræis defluxit. Cain et Abel primi adoratores. Montes et Sylvæ ad orandum sæpius apud Gentiles quærebantur.

rebantur. locus mundus à Persis electus, et templa rejecta, uti à veterrimis Romanis. Dii in via à viatoribus invocati, et in aliis multis locis. Per personas publicas fiebat interveniente populo. Deorum ex hostium urbibus Evocatio usitatissima. ubi et urbium et exercitus, aliquando etiam hominum devotio fiebat, quæ non Græcis ignota fuit. adoratio Patris Patrati in fædere feriendo observatissima ambabus Gentibus. ab Hebræis simili modo orationes factæ primis temporibus.

Pag. 45.

C A P U T V.

Adoratio in templis recentior. publica & privata. publica Interveniente Sacerdote. privata absque vel cum Pontifice fiebat apud omnes fere Gentes, et non raro voce clarâ ad ostentationem. templa apud Ægyptios et Indos meretricum contubernia facta. apud hodiernos etiam Gentes templa Domus precationum habentur, non tamen supersticiosâ observatione, cum Dei præsentiam ubique credunt. Sacerdotum officium primum preces concipere, quod et Hebræis veteribus in usu, est maxime Ægyptiis. Magi eorum Philosophi et Sacerdotes. eorum autoritas et munus.

Pag. 49.

C A P U T VI.

Adorationis quinque species recitatæ. Salutatio matutinis horis proprie exercebatur. à Salutandi patronos consuetudine Romana defluxit. Laudatio circa Deorum potestates et beneficia versabatur. Scaligeri commentaria in Tibullum laudata. Petitoriæ preces ad præstandum auxilium vel avertenda mala. honestæ Laconum et Platonis preces, ac turpissimæ plurium enumerantur. Vota, quæ, quanta, et qualia. ipsis Hebræis nota. Gratiarum actio pro acceptis beneficiis reddita. ubique Gentium observata. 70.

C A P U T VII.

Variis Elogiis Dii invocati. Multiloquium Judæorum notatum, ad Turcas translatum, à Romanis Græcisque ad plurimum observabatur. Numerus Ternarius in sacris sæpissime usurpatus. πολυλογίη apud Gentiles in precibus solennissima. ex formidine, ne Deos parum grato nomine invocarent, sis quocunque nomine, precabantur; numinum vero sexum ignorantes, sive Deus sive Dea vel quisquis es, dicebant. Jupiter mas et fœmina nominatus, et invocatus.

Pag. 81.

C A.

CAPUT VIII.

Preces Publicæ, Privatæ, Clarâ voce aut Murmure, Ligatis vel Illigatis verbis factæ. publico Sacerdos præibat antiquitus. Idem mos à recentioribus servatur. Privatim omnes pro lubitu orarunt. ad ostentationem sæpe clara & alta vox adhibita, et adhibetur apud hodiernos populos. inhonestæ petitiones murmure et arcane prolatae. in meliorem scopum Christiani corde Deum alloquuntur. Carmina et hymni Diis cantabantur. eundem ritum ab Hebræis Christiana ecclesia recepit.

Pag. 90.

CAPUT IX.

Adoratio matutino tempore frequentissima plerisque Gentibus. Sol exoriens apud Persas salutabatur. templi foribus assidebant. plerumque per omnem diem adorabatur antiquitus. mane et vesperi ad minimum, multa sacra nocte fiebant, à plerisque tamen, ut turpia, rejecta. Christiani ob nocturnas adorationes ab Ethnicis accusati. idem mos à nonnullis hodie observatur. magna Turcarum superstitio propter precationum tempus.

Pag. 99.

C A P U T X.

Sacris diebus omne opus fieri prohibitum. qua de re statuta apud Athenienses lex recensetur. item ritus apud Romanos observatus. Macrobio vera lectio restituta. opus item in festis fieri apud Judæos nefas creditum. Profani à sacris abesse jussi, Silentiumque astantibus impositum apud Græcos æque ac Romanos. formule Favete Linguis verus sensus expositus. Janus in publicis sacris primus invocatus apud Romanos. Scriverius laudatus. in Vesta solennis precatio extrema erat. Alexander ab Alexandro & Traquellus notati: Vestæ apud Græcos, Igni apud Persas primæ imprecationes fiebant.

Pag. 105.

C A P U T XI.

Impuritas adoratoribus nocens, fiebat concubitu apud Romanos æque ac veteres Græcos, nec non Judæos. decem diebus à Cibaria & Veneræ voluptate & Vino Ægyptii arcebantur. Vini abstinencia Sacerdotibus Judaicis à Deo mandata precaturis. Romanis mulieribus Vinum antiquitus interdictum. Brachmanni Indorum Vini & Veneris expertes, ut Sabbathis diebus Samaritani hodierni. Mahometani templa adiuturi, à mulieribus sese abstinere. somnia etiam polluere

*polluere Gentiles credebant. impuri vir semini-
fluus, mulier menstruosa apud Judæos. P. 115.*

C A P U T XII.

*Castitas in adoratoribus necessaria. lotionem
totius corporis vel tantum partis cujusdam, vel
sparsione constabat. aqua sacrata ad Christianos
translata. lavatio aquis marinis, vel fluvia-
libus vel fontanis. purificatio marinâ aquâ usi-
tatissima & ipsis Judæis. fluvialis lavatio Gen-
tilibus omnibus antiquitus hodieque nota. Ad-
sperio introeuntium templa apud Græcos per Sa-
cerdotes facta, apud Christianos Pontificios per
se ipsos. ratio ejus ritus inquiritur. P. 123.*

C A P U T XIII.

*Velatio capitem usitatissima. multas ob cau-
sas peracta. Christianis ignota. Servii error no-
tatur. omnia sacra velato capite fiebant Diis,
Saturno, Honore, Ope, & Hercule excep-
tis. Tutulum & Tutulati Sacerdotes. Dea Pic-
tas velata pingitur, quod sacrificiis præsidet.
Privati etiam velabant capita. interdum ma-
nus, in quibus oleæ ramum portabant. num-
mus imp. Severi explicatus. mos hic Græcis pro-
prius. ramum sæpe lanâ involvebant. à suppli-
cando*

cando iustitiam dicunt, ut Romani supplicem. ramos ad adoratos porrigebant supplices. velamentorum color purpureus & albus. hodierni Judæi quadratum flammeum usurpant. in nuptiis Rebecca sese velavit. Apost. Paulus. 1. Corinth. 11. vers. 10. explicatus. Mosche coram Deo faciem manibus abscondit, & velat, uti ipsi Angeli præ Majestate Dei.

P. 141.

C A P U T XIV.

Purpurea sive Lutea equidem ac Candida Vestis Adorantibus usitatissima. color albus lætitiæ signum, & Diis gratus habebatur. Horatius illustratus. Niger vero infaustus. Inferos adorantes nigra veste induebantur. Judæorum Summus Pontifex, & omnes Sacerdotes ex Dei precepto albis vestibus utebantur, quas baltheo revinciebant. Romanis in sacris nil religatum erat. Turci hodierni nigrum colorem infaustum, album & viridem Sacerrimos æstimant. squalidâ veste nonnullæ Gentes antiquitus procedebant ad misericordiam commovendum. Alba Vestis Baptisatis apud Christianos veteres usitatissima. significatus cujusque coloris ex Alciano. Pontificiorum Sacerdotibus alba vestimenta ad sacra in usu.

Pag. 148.

C A-

CAPUT XV.

Pythagoræ symbolum illustratur. nudis pedibus ad adorationem incedunt Hebræi. Mosche & Josua à Deo calceos solvere jussi. Divus Leo & Juvenalis Dempsterus ac Braunius notantur. illud Turci secuti. qua de causâ institutum. Indi coram Fakirorum Summo calceamenta deponunt honoris ergo. à Romanis nudipedalia aliquando observata. Nefas apud Cretenses habetur Dianæ Britomartis templum calceatis pedibus adire. Juvenalis elegans locus explicatus. merus pes pro nudus pes dicitur. quid vinum merum sit inquiritur. Christiani nonnulli in processionibus, & crucis adoratione nudis pedibus incedunt. prohibitum Pontificum institutis sacram Eucharistiam nudis pedibus conficere. Calceati pedes instituti, ne serpens pedes possit mordere, at à nobis calcatus obteratur. P. 156.

CAPUT XVI.

Superstitio veterum in adeundis templis pede dextro, quod etiam ad honorandum Magnates factum, idque prospero, ut sinistro pede incedere, malo omine fiebat. Demissio oculorum erga Deos submissio est habita & verecundiæ signum, Christiani erecto vultu orant. demissis oculis apud Gentes novæ nuptæ incedunt. in sa-

T 5

cris

cris etiam adoratores Gentiles in cælum oculos erigebant. sæpe adoratores frontem tangebant manusque fronti imponebant, uti hodie Indi nonnulli faciunt. frons pro pudore ipso, vel pudoris templo ponitur. phrasiologiæ variæ de fronte expositæ. frons dura, mollis, firma, & exanguis. in angustiis adoraturæ crines solvebant. quod & ab Christianis sæpe mulieribus in Litaniis ac processionibus perpetratum. crinibus templa verrebantur in suppliciis; raro etiam in re læta ac solenni & accuratâ religione Crines solvebantur.

Pag. 165.

C A P U T XVII.

Ad adorationis locum progressi, flectunt corpus, stabant, vel sedebant. hoc capite de corporis flectione agitur. conspectis diis corpus projiciebant Antiqui, ut hodie Benjani in India, & Christiani quidam. dei nomine audito Turci in faciem procidunt. quod ipse Christus observavit. Alii caput flectebant, quod in Judæis arguit Deus, ortumque ab Ægyptiis videtur. flectio capitis ipsam adorationem denotat sæpius. ritus hic omnibus Asiæ, Africa, & Americæ incolis notus. Genuflexio non minus observata. Genu dextro vel sinistro, aliquando ambobus Genubus fiebat. idem ritus à Christianis veteribus observatum, excepto Die dominico & tota Pentecoste.

flecte-

flectebant alii corpus paululum. exemplum dabit Martha, Christi manus deosculans. eodem modo Mahomethani omnes obviatores salutant manibus ante pectus conjugatis.

P. 175.

CAPUT XVIII.

In communioribus sacris stabant erecto corpore. fanum prætereuntes adorant iactando oscula. nummi impp: Hadriani & Trajani explicantur. Galli veteres ac Hebræi adorantes stetisse probantur. Locus Matthæi Euangelistæ cap. 6. comm. 7. explicatus. idem mos apud Indos plerosque in hunc diem observatur, ut & Christianos, diebus quidem Dominicis semper priore ecclesiæ seculo, ast posteriore ævo absque discrimine geniculabant stabantque in orationibus. quod & hodie obtinet. publicis in sacris ecclesiæ reformatæ præcones & populus erecto corpore Deum invocant nudato capite. apud Pontificios plerique de Genuculis precantur.

Pag. 184.

CAPUT XIX.

Sedebant in orationibus Veterum plurimi, præsertim hoc in parentali solemnitate observatum apud Romanos, Græcos & Judæos. Pythagoræ de hoc more præceptum à Gyrardo op-
time

time explicatur. idem à Mahomethanis ad sepulcra observatur. in jejuniis Hebræorum maxime. Tertulliani de hac re elegans locus, & Servii de Læstiferniis. Solennis iste ritus incolarum insule Hispaniolæ. à Christianis observatur ad plurimum.

Pag. 188.

C A P U T XX.

Conversio ad orientem ubique fere in usu. maxime apud Gentiles veteres. Turcæ ad Meridiem sese vertunt. Javani hodierni Priscique Orientales idem observant. Persæ veteres Solis cultores. illorum posteri se diebus ad Solem, noctibus ad Lunam vertunt. templa ad orientem posita. Statua ædis ad occidentem constituta. Aræ ad orientem erectæ. Judæi ad Occidentem, ubi Sanctuarium templi Hierosolymytani erat, sese convertebant. Christiani veteres Gentilium morem secuti sunt, recentiores neglunt. Conversio ad Orientem Christianismo antiquior. Mercerus notatus. quare Ecclesia vetus Orientem oratura aspexerit, inquiritur. idem mos per Helveticas Rheticasque fœminas hodie observatur.

Pag. 193.

C A-

CAPUT XXI.

Manus in adoratione *maxime requisitæ. plerumque* in cœlum tendebantur. *Inferos oraturi* manus demittebant *Gentiles.* in publica lætitia *manus attollebantur. idem mos ad Christianos hodiernos transiit.* Varii modi protendendi manus *recensentur. nonnulli* manum dextram, *alii* ambas manus tendebant. *manus pro ipsa adoratione. Dextræ religio. Dextra pars boni ominis. Dextra manus Fidei ac Concordiæ signum.*

Pag. 202.

CAPUT XXII.

Ara apprehensa *in publicis sacris, mensa in privatis.* pecudi *maſtando manus imponebant offerentes apud Judæos.* juramenta super altaria *præstabant Gentiles, præstant inter Christianos Pontificii.* Postem *in templi dedicatione ac suppliciis tenebant, alii amplectebantur Aras, nonnulli idolorum Genua, alii Idolorum simulacra.* Græci palmites, *eosque lanâ circumdatos, manibus gestabant. iis Statuæ Genua, ejusve dextram Manum, vel Mentum, vel Genas attingebant.*

Pag. 212.

C A-

C A P U T XXIII.

Lacrymæ precibus plerisque additæ. ipsis Diis lacrymæ attributæ per Gentiles. aræ, limina, postes, simulacra lacrymis rigabantur. pœnitentiæ ergo coram Deo Judæi ac Christiani secuti sunt hunc morem.

Pag. 221.

C A P U T XXIV.

Circumactio corporis apud Veteres Gentiles observata. Dempsterus laudatus. Romani se ad dextram partem vertebant. idem mos ad honorandos principes introductus. Galli veteres ad sinistram partem corpus circumagebant. idem ritus hodie ab Indis nonnullis tenetur. omnis circuitio apud Judæos ad dextram fieri debuit. inter Christianos Pontificii idem in Mysticis sacris observant.

Pag. 229.

C A P U T XXV.

Oscula in venerationibus Deorum solennissima, vel ad Os, vel ad Manus, vel ad Pedes dabantur. statuarum dextræ osculis appetitæ à prætereuntibus urbiumque portas exeuntibus civibus. honor idem sæpius Principibus datus. Li-
mina

mina templorum exosculati sunt *Veteres Romani ac Græci. quare Limen Nova Nupta translibat, & nondum debebat tangere. Postibus interdum ac Portis & ipsæ Terræ oscula figebantur. posterior mos apud nonnullos Indos adhuc observatur. similis ritus apud Mahomethanos viget, & Christianos Pontificios. modi varii osculandi recensentur. Salmasius laudatus. osculum labratum quid.*

Pag. 233.

C A P U T XXVI.

Instrumenta musica in hymnis & Deorum placationibus apud Paganos ex Latinis Græcisque auctoribus adhibita probantur. in sacris & sacrificiis Veterum ad plurimum audiebantur. à Tenediis Abidisque contempta. Tibicines sacris publicis præsto erant, & Sacerdotum Ministri. Musica maxime in festis canebatur antiquitus. instrumenta diversa erant. Organa, Sambucæ, Citharæ, Calami, Tubæ, Tympana, Tibiæ, Cymbala. illorum usus in veri Dei cultu apud apud Judæos celebris. Tubarum festum quale. Cantores à Levitis electi. idem mos à Christianis mediæ ævi receptus, à nascenti Ecclesia spreus. Musica apud hodiernos Gentiles inter Diaboli invocationes observatur.

Pag. 143.

C A-

C A P U T XXVII.

Saltatio in Gentilium festis inter hymnos & Musica Instrumenta celebrata circa Aras vel Idolorum Statuas. Farnabius laudatus. modus Phrygius ad religionem exercitatus. in Orbem pleræque Saltationes decenti modo, ac manuum, pedum, capitisque motione. Pueri, Viri, Senes plerumque in Deorum, Virgines ac Matronæ in Dearum festis chorum agebant. interdum Puellæ Puerique simul Saltabant in cuiusvis Numinis honorem. Saltatio religiosa apud Indos ac Judeos veteres observata ad Gentiles hodiernos transit.

Pag. 255.

C A P U T XXVIII.

Coronæ in Deorum honorem inventæ. variis casibus Diis offerebantur. Laribus donaticæ coronæ imponebantur singularis magnitudinis. idem mos à Græcis uti Latinis observatus. simulacra Deorum privata & publica privatus quisque ac publicus coronabat. Coronæ Sacræ quæ? Res divina in solis coronis quandoque constabat, & illis peracta est. nullum fere Sacrum sine his peractum. coronantes numina & ipsi coronati erant privati homines & Sacerdotes. qui mos etiam in Syria obtinuit. asyllum in coronis positum. earum forma circularis habebatur perfectissima ac perpetua.

Pag. 273.

I N-

I N D E X

A U C T O R U M.

Qui hoc tractatu citantur, notantur,
vel explicantur.

A.

- A** ben Esra. 10.
 Achilles Tatius. 9. 31. 285.
 d'Acoſta (Jozef.) 272.
 Acron Horatii Interpres. 146. 262.
 Ælianus. 256. 260.
 Æmilius Probus. 215.
 Æſchylus. 86. 88. 97. 219. 280.
 Albinovanus (Pedo.) 227.
 Alciatus (Andreas.) 154.
 Alcman. 38.
 Alcoranus Mahomethi. 103. 153.
 Alexander ab Alexandro. 112. 136. 152. 170.
 Ambroſius. 95. 205.
 Ammianus Marcellinus. 236. 282.
 Anacreon. 24. 43. 217. 266.
 Anaſtaſius Nicænus. 197.
 Anaxagoras. 201.
 Antoninus (Imperator Mārcus.) 29.
 Apollodorus. 102.
 Apolloniſus Rhodius. 57. 237. 256. 260. 286.
 Appendix libri Eſtheræ. 235.
 Apulejus. 2. 5. 6. 15. 26. 70. 77. 86. 118. 125. 167.
 185. 193. 195. 216. 223. 235. 240. 241. 244. 246.
 271. 274.

V

Archiv

306 I N D E X

- Archilochus. 27.
 Arrianus Historicus. 56. 255. 268.
 Arrianus. 31.
 Aringhius. 186. 206.
 Aristæus. 126.
 Aristides. 42. 124.
 Aristophanes. 25. 28. 86. 120. 258. 281. 285.
 Aristoteles. 8. 84. 201.
 Arnobius. 2. 56. 59. 71. 82. 89. 119. 123. 151.
 235. 236. 244. 266. 273.
 Asconius Pœdianus. 57.
 Astrampzychus. 131.
 Athenæus. 64. 180. 257.
 D. Augustinus. 55. 57. 95. 166. 177. 182. 187. 190.
 198. 278.
 Aulus Gellius. 247.
 Aurelius Victor. 111.
 Ausonius. 73.
 Author Responſionum ad Orthodoxos. 198.

B.

- B**achylides. 40.
 Balduinus (Benedict.) 163.
 Bartenora (Rabbi Obadja de.) 232.
 Barthius (Caspar.) 167.
 Bartolus (Petrus Sanctus.) 162. 276.
 Baruch Propheta. 167.
 Basilius Magnus. 182. 198.
 Beatus Rhenanus. 181.
 S. S. Biblia. 8. 9. 27. 28. 32. 33. 35. 36. 43. 45. 46.
 47. 49. 51. 52. 54. 55. 59. 61. 65. 66. 76. 78. 79.
 80. 81. 94. 95. 97. 103. 106. 107. 116. 118. 121.
